ARTIUM SCRIPTORES

Leonhard Spengel

91

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΤΕΧΝΩΝ,

SIVE

ARTIUM SCRIPTORES

AB

INITIIS USQUE AD EDITOS

ARISTOTELIS

DE RHETORICA LIBROS

COMPOSUIT

LEONHARDUS SPENGEL.

MONACENSIS.

STUTTGARTIAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE.

MDCCCXXVIII.

AUGUSTO BOECKHIO

MUNUSCULUM LEVIPENSE

D.

AUCTOR.

Quartus agitur annus ex quo amplissimus Philosophorum Ordo Universitatis Berolinensis pro ardenti litterarum promovendi studio hanc proposuit quaestionem: *)

> *Rhetoricorum apud Graecos studiorum artisque ipsius historia inde ab initiis usque ad editos Aristotelis de rhetorica libros, his tamen ipsis exclusis, ex fontibus adumbretur et quantum ea ad formandum saeculi illius et litterarum ingenium valuerint exponatur.*

Commentationem tum nobis conscriptam Ordo amplissimus laude non indignam censuit, imo iusto maiore ornavit ut vel in his nimia fere eluceat indulgentia; **)

> *Duo de huius quaestionis palma contenderunt auctores, quorum alter libro suo graeca verba inscripsit haec:*

---

*) Oratio natalitiis quinquagesimis sextis Friderici Guilielmi III., Regis Borussiarum celebrandis pag. 20 seq.

**) Oratio natalitiis quinquagesimis septimis Friderici Guilielmi III. Regis Borussiarum celebrandis pag. 16. seq. et pag. 14: *in quo experimur, ut arva alternis quiescere solent, ita ingeniorum fertilitatem non quovis anno esse aeque copiosam. Quodsi superiore anno quinque victoribus data sua praemia sunt atque unus insuper ad victoriam proxime accessisse iudicatus est; hoc anno duos solum victores renunciamus, e quibus tamen unus tantum praestitit ut facilius videatur ferendum, si ceterorum plurimi non multum praestiterunt.*

Ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανὲς ἀλλ' ἀλώμεθα. Hic oratione ut plurimum pura et concisa rebusque apta usus materiam ex fontibus etiam remotissimis et reconditissimis diligenter collectam commode disposuit et adornavit: studiorum quidem rationem, hoc est docendi discendique viam, non separatim tractavit et quid rhetorica ad formandum saeculi et litterarum ingenium contulissent, tantum paucis in fine significavit; sed eam quaestionis partem in qua doctrina et iudicium maxime spectantur, artis ipsius historiam, tam pertractavit eximie, ut non solum ordinis expleverit desiderium, sed etiam litterarum graecarum cognitionem accuratiorem amplificarit: quippe singula artium (τῶν τεχνῶν) vestigia ingeniose demonstravit et ex orationibus quae supersunt, illustravit, fragmenta studiose congessit et librum eximiis distinxit observationibus, quibus nova hinc inde scriptoribus accenditur lux et priorum doctorum emendantur iudicia. Quae quum ita sint, philosophorum ordo hanc commentationem non modo quae praemio ornaretur, sed quae typis excuderetur dignam censuit. Alter libellus tesserae loco haec habet: Est quodam prodire tenus, si non datur ultra. *Sed hic etsi in eo nec diligentiam nec latini sermonis puritatem desideramus, tamen in rebus est paulo exilior, verbis diffusior et fere in iis versatur quae sunt in propatulo posita; de technicis quae abstrusiora sunt, paucissima continet: nihilominus eius auctorem si aemulum nactus esset minus fortem, ad victoriam iudicassemus accessisse proxime: nunc quum hoc non liceat, certe iuvenile studium in argumento satis difficili versatum nolumus sua laude fraudare.*

Illam igitur commentationem doctissimis viris non improbatam Tibi, benevole lector, commendatam velim. Alteram

quaestionis partem quantum studia ad formandum saeculi illius ingenium valuerint quod plura prius sunt exponenda neque paucis rem tangere voluimus omisimus; ceterum nihil fere mutatum nisi quod paucis deletis ex codd. Monac. inedita quae ad artis historiam pertinerent accessere. Idque notandum ne viri docti me qui nunc meliora quam tum, non protulerim, vituperatum eant; postea enim aliis rebus satis distracto vix minimum erat temporis spatium quo diligenter hanc rem perscrutari liceret. Tum quum commentatio amplissimi Ordinis iudicium subiit, libri in quibus similia a me prolatis leguntur lucem nondum aspexerant, ut scholia in Aristidem pag. 141. Haenischii amatorius Lysiae; de Thucydidis originationis studio vide eadem fere monentem Krügerum ad Dionys. Halic. pag. 194; sed ne nunc quidem libellum quo oratio de Helena Gorgiae vindicatur, vidi. De Lysia quae disputavimus pag. 124, A. Boeckhii tulimus assensum qui idem in Museo Rhen. I. pag. 71; fuit tamen nuper vir qui veterum de amatorio sententiam Haenischio probatam nullis confisus argumentis rejiceret; fortasse nostra argumenta ei persuadebunt, sin minus, tota de Platonis Phaedri et Symposii aetate accuratius quam adhuc factum, quaestio erit retractanda. Quod pag. 125. satis quidem dubii dedimus, vix stare potest; legimus enim in oratione in Theocrinem pag. 1327, §. 19: *μέτοικον Κτησικλέα λογογράφον ὅς ἦν ἐπὶ τοῖς τῶν ἀντιδίκων πράγμασιν.* conf. pag. 912, 28.

Quamvis haud crediderim fore quemquam qui dicat in hoc augumento tractando mihi exclamandum fuisse:

clitellae bovi
sunt impositae, Cillane, non est nostrum onus.

tamen quantum investigari possit, inventum non esse, ipse libens fateor. Sed priusquam viam pag. 11. laudatam ingrediamur, omnia quae ad artis historiam pertineant, cum cura

sint collecta necesse est; tunc enim maiore fructu orationes perscrutari licet et rarius nostras opiniones veterum loco vendemus. Qua in re via nobis munita, et si haec non ex omni parte improbantur, alteram aggrediemur rationem non tam, quod quibusdam videatur, accessu facilem: in Isocrate quidem qui artem ostentat quam in aliis ut Antiphonte et Lysia eam condentibus, felicius rem geremus. Omnino multi inveniuntur loci in huius orationibus quibus de sua artem docendi et exponendi ratione certiores nos facit iique quid ipse de rebus haud paucis controversis senserit ostendunt quos in hac collectione congestos non esse viri docti maxime vituperabunt, neque iniuria. Illo vero tempore hos tam magni faciendos esse non intellexi donec lectione saepius repetita, quae inde evadant cognovi. Nunc igitur omnia quae ibi dispersa leguntur, afferre possim, sed vereor ne quam pro praefatione longior futurus sim et specimen iuvenile hoc esse benevoli teneant lectores. Aliud itaque de eodem auctore quod ipsam orationis compositionem attingit doceamus quibus dicta pag. 161 not. 96. corrigantur.

Quod si graeci scriptores facile vocalium hiatus ferunt, at Isocratis tersissimas aures hos maximopere fugisse, et veteres satis multi rem notatu haud indignam tradunt et ad Hermogenem usque hic animadvertebatur in orationibus nitor, qui dicit pag. 111 Ald.

> *κῶλα δὲ κεκαλλοπισμένα φύσει μὲν τὰ μετρίως μακρότερα εἰ τῇ συνθήκῃ μὴ διέστηκε· μήδ᾽ εἴη σύγκρουσίς τις ἐν αὐτοῖς φωνηέντων, ἀλλὰ συνέχοιτο πάντοθεν τοῖς συμφώνοις οἷά ἐστι καὶ τὰ Ἰσοκράτους οὗ γε οὐ μόνον τὰ κῶλα συνέχεται τοῖς συμφώνοις ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ λόγος, τοσοῦτον αὐτῷ τῆς εὐφωνίας καὶ τοῦ κάλλους μεμέληκε. ταυτὶ μὲν οὖν ὅπερ ἔφην ὄντως καλλωπίζεται τὰ κῶλα.*

quam legem nimis antea violatam et antiquatam Bekkerus, codicem *Γ.* quod fatetur ad Nicocl. §. 5 secutus, reduxit; itaque eius recensio praestat ἅγω, ἦγώ, περὶ 'μοῦ ἢ 'κεῖνοι alia plura paucis omissis quae quivis sine ulla opera corriget. Nunc ipsius de hac re Isocratis verbis in lucem protractis pag. 161 neque aliorum egemus auctoritate et his plura docemur; vitavit nempe earumdem syllabarum concursum de quibus Hermogenes pag. 110:

> ἐμφανὲς δὲ τὸ τῆς ἐπιβουλῆς γίνεται καὶ τὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος ὅταν τὶς μίαν λέξιν μερίσας τὰς τελευταίας αὐτῆς συλλαβὰς ἀρχὴν τοῦ ἐπιφερομένου ποιήσηται κῶλον ὡς ὁ Θουκιδίδης: Σαμία μία ναῦς καὶ αὐτίκα βοὴ ἦν [III. 22] καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ: Πρόθοος θόος ἡγεμόνευεν. [II, 758]

At plurima sunt exempla quae fere legem a se latam auctorem ipsum abrogasse probare videantur, non tamen ea sunt quae id certo evincant, quod ut appareat, exempla sedulo collecta afferamus. Quamvis nullum ex iis quae auctor vituperat exempla ἥλικα καλὰ, εἰποῦσα σαφῆ inveniatur, omnem syllabarum earumdem concursum improbavit, qua in re maximas turbas frequens movet articuli usus.

ΤΗΣ

ταύτης τῆς τίμης. Panegyr. §. 22. Antid. §. 246, in Callim. §. 65, 67. si modo haec Isocratis est; Ursino Fulvio Isaeus auctor videtur.

ταύτης τῆς ἐπιμελείας. Demon. 52.

ταύτης τῆς νυκτὸς. Euagor. 30.

ταύτης τῆς ἡμέρας Antid. 322.

ταύτης τῆς δωρεᾶς. Euagor. 70.

ταύτης τῆς στρατιᾶς. Paneg. 188.

ταύτης τῆς δόξης. Callim. 32.

ταύτης τῆς εὐγενείας. De pace 50.

ταύτης τῆς ἀρχῆς. De pace 102.
ταύτης τῆς φρονήσεως. In sophist. 2, ubi Δ τῆς αὐτῆς.
ταύτης τῆς ἐπιστήμης. In Sophist. 3.
ταύτης τῆς δυνάμεως. In Sophist. 10.
ταύτης τῆς πόλεως. Antid. 107. Plataic. 18.
ταύτης τῆς λειτουργίας. Antid. 156.
ταύτης τῆς μεταβολῆς. Antid. 317.
ταύτης τῆς τερθρείας. Helen. 4.
ταύτης τῆς ἰδέας. Helen. 54.

quae omnia Isocratem qui totus e numeris dependet, quivis qui et quam facile orator haec fugere potuerit et alibi scite effugerit, in memoriam revocarit, scripsisse negabit. Quidni scripsit, v. c. τῆς τίμης ταύτης ut Paneg. 257. Archid. 8. de pace 144. Euagor. 34, τῆς ἀρχῆς ταύτης ut de pace 86, 105. aliaque, aut ubi sensus admitteret τῆςδε τῆς τίμης? sed notandum hanc articuli formam τόνδε, τοιόνδε, alia, Isocrati fere ignotam esse neque nisi quatuor quantum memini inveniri locis, Trapez., 3, 19. περὶ τῆςδε τῆς πόλεως, Plat. 30 περὶ τὴν πόλιν τήνδε, Demon. 2 τόνδε τὸν λόγον, quintus enim Archid. 99 πάσας τὰς τοιάςδε βλασφημίας insititius est. At vide quam egregie auctor simile incommodum fugerit: in Archid. 44 vulgo legebatur: οὐ μόνον δ' ἄν τις ἐπὶ ταύτης τῆς πόλεως ἐπιδείξειε, nunc vero ex Γ. restitutum: οὐ μόνον δ' ἐπὶ ταύτης ἄν τις πόλεως: coniicias itaque de pace 102 pro τὴν ἀκολασίαν τὴν ὑπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς ἐγγενομένην fuisse quondam ὑπὸ ταύτης αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς et sic omnia mala labe affecta credas, nisi lenius et certius adesset remedium; scripsit nempe Isocrates ταυτησὶ τῆς quo neque legem violavit et atticam restituit formam, idque ex libris, plerumque ex Γ. servatum dedit Bekkerus:

ταυτησὶ τῆς ἡμέρας Archidam. 9. 21.

ταυτησὶ τῆς πόλεως Archid. 23. 82.
ταυτησὶ τῆς δίκης Aegin. 41.
ταυτησὶ τῆς ἡλικίας Antid. 28. 97.
ταυτησὶ τῆς γραφῆς Antid. 206.

Aliud auxilium quaerunt haec: Euagor. 46. *ἀλλ' ἐξ ἑκάστης τῆς πολιτείας ἐξειλεγμένος*, ubi articulus accessit ex *Γ*, item in Panath. 54 *κυρίους ἑκάστης τῆς πόλεως ἐποίησαν*, quocum conferas v. c. Panath. 79 *ἐξ ἑκάστης ἠβουλήθη τῆς πόλεως*. de big. 25 *ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι*. Paneg. 124 *ὅταν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς δουλείας ἀναγκάζωνται συστρατεύεσθαι*. Denique Panath. 89. 106. 127. Plataic. 58 *τῆς ἀρετῆς τῆς*, quibus accedit Philipp. 112 ubi codex Victorii: *μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς τῆς αὑτοῦ καὶ τῶν κινδύνων*.

TON

exempla huius syllabae repetitae haec sunt:

τοῦτον τὸν τρόπον Areop. 20. Antid. 55. 152. 323. Busir. 48. Euthyn. 21.
τοῦτον τὸν καιρὸν Euagor. 55. Aegin. 31.
τοῦτον τὸν χρόνον de big. 26.
τοῦτον τὸν λόγον Paneg. 3. 6. 139. 188. de pace 95. Euag. 76.
τοῦτον τὸν ἔρανον Helen. 20. Plataic. 57.

at legimus *τὸν τρόπον τοῦτον* Paneg. 82. Phil. 82. Bus. 30. Panath. 40. 247. Antid. 283. et *τοῦτον γίγνεται τὸν τρόπον* de pace 35. *τοῦτόν τις τὸν τρόπον* Bus. 46: tum *τὸν λόγον τοῦτον* Philipp. 23, Archid. 77. Panath. 245. Antid. 9. *τοῦτον εἴρηκα τὸν λόγον* Areop. 74. Panath. 164. *τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους* Archid. 86. vel *εἰς τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν καιρὸν* Panath. 127. ut inde quid de illis sit existimandum eluceat. Sed et hic idem quod supra praesto reme-

dium, *τουτονὶ* idque ex libris repositum exstat Antid. 25.

εἰς τουτονὶ τὸν κίνδυνόν με κατέστησεν

et ubi vix exspectes §. 97.

εἰς τουτονὶ καθέστηκα τὸν κίνδυνον

164.

εἰς τηλικουτονὶ καθέστηκα κίνδυνον

in Callimach. 26.

τουτονὶ δὲ

non dubito quin saepius talia dederit orator quamvis v. c. *τουτωνὶ, ταυτηνὶ, ταυτασὶ* alia, vetust. Domosth. codd. servata, in Isocrate frustra quaesiveris. Aliud est

καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν

Philipp. 51. Areop. 18. 40. Antid. 21. de pace 87; alibi legitur articulo neglecto *καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν* ut Paneg. 13. Panath. 122. Antid. 110. 213. 249, in qua oratione 249 quidam libri *καθ' ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν* exhibent. Eiusdem farinae est

καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν

ubi Bekk. *τὸν* inseruit ex *Γ* Areopag. 40. 69. Panath. 211. ex *Θ* Archid. 79. Servant libri Panath. 267. Plataic. 55; desideratur articulus Archid. 65. Aegin. 30. Alibi scripsit Isocrates *κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην* ut de pace 129. Euag. 43. Panath. 30. vel *καθ' ἡμέραν ἑκάστην* Areopag. 28 et *καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τὴν πρᾶξιν* ad Nic. 6; *καθ' ἑκάστην δὲ τὴν ἡμέραν* de pace 20. *) Praeterea accedunt haec:

αὐτὸν τὸν βασιλέα στρατεύσαντες Paneg. 149.

αὐτὸν τὸν μεταχειριζόμενον τὰς πράξεις Panath. 87.

δικαιότατον τὸν μετὰ πάντων ἀνθρώπων Panath. 163.

σῖτον τὸν ἐν τῇ χώρᾳ διεφθείρετε de big. 13.

---

*) Conf. Wurmius in Dinarch. pag. 112. Schaefer ad Demosth. pag. 564, 13.

THN

ταύτην τὴν χώραν Archid. 41. 60. Plat. 31. 57.
ταύτην τὴν γνώμην Antid. 170.
ταύτην τὴν πρόφασιν Plataic. 45.
ταύτην τὴν ἡμέραν Antid. 48.
ταύτην τὴν ὁδὸν Demon. 5.
ταύτην τὴν πίστιν Busir. 37.
ταύτην τὴν τίμην Paneg. 18. 178.
ταύτην τὴν αἰτίαν Paneg. 144.
ταύτην τὴν εἰρήνην Paneg. 177.
ταύτην τὴν κατάστασιν Areop. 23.
ταύτην τὴν νόσον Aegin. 24. 26. 29.
ταύτην τὴν ὑπόθεσιν de pace 18.
ταύτην τὴν εὐλογίαν Areop. 76 ex *Γ;* vulg. *τὴν εὐλογίαν ταύτην*
ταύτην τὴν δύναμιν de pace 95.
ταύτην τὴν πόλιν de pace 136.
ταύτην τὴν ἡλικίαν Euag. 71.
ταύτην τὴν μεταβολὴν Antid. 161.
τοιαύτην τὴν ἀρχὴν Paneg. 25.
αὐτὴν τὴν οὐσίαν Aegin. 17.
αὐτὴν τὴν Σπάρτην Archid. 25.

quorum numerus haud scio an plerosque deterreat, neque mirum si temeritatem meam accusent qui his nullam aut non magnam fidem praestandam esse affirmem; adest nempe varietas quae saepius istud incommodum tollat nec raro ex aliis oratoris locis, vix enim quisquam veterum praeter Isocratem tantopere se ipse imitatur, veram lectionem certo restituas; sic quod initio posuimus ex Archid. 41 *ἐν γὰρ τοῖς ἐπέκεινα χρόνοις οὐδένες πώποτε κρείττους ἡμῶν* [ita ex *Γ*; vulg. *ἡμῖν*] *εἰς ταύτην τὴν χώραν εἰσέβαλον.* Isocratem non scripsisse, neque §. 60 *οἶδα γὰρ καὶ τοὺς πρώτους ἡμῶν*

εἰς ταύτην τὴν χώραν ἀφικομένους, nemo qui haecce contulerit infitias ibit ex eodem Archid. 16. ἵν' ἐπίστησθε ὅτι ταύτην ὑμᾶς τὴν χώραν ἐπιχειροῦσιν ἀποστερεῖν, Phil. 6 εἰ σὺ μὲν γνοίης ὅτι λόγῳ παραδοὺς τὴν χώραν ἡμῖν ταυτὴν αὐτὸς ἔργῳ κρατήσεις αὐτῆς. Similia Helen. 51 ταύτην εὐδαιμονεστέραν τὴν χώραν ἔσεσθαι. de pace 24 τοσαύτην ἀποτεμέσθαι χώραν. Panath. 125 ταύτην ἔχοντας τὴν χώραν. In Paneg. 62 εἰς τὴν χώραν ταύτην εἰςβαλεῖν.

In Antid. 170 ἔχω δὲ καὶ νῦν ἔτι ταύτην τὴν γνώμην reponendum videtur τὴν αὐτὴν, conf. v. l. in soph. 2. quamvis magis ex auctoris usu videatur: ἔτι δὲ καὶ νῦν ταυτὴν ἔχω τὴν γνώμην; sic de pace 62, Antid. 225. 323. ταύτην ἔχοντες τὴν γνώμην et Paneg. ex *Γ* 130. τοιαύτην ἔχοντες τὴν γνώμην, vulgo τοιαύτην γνώμην ἔχοντας: in Callim. 36 ταύτην ἔχειν τὴν γνωμήν. Panath. 23 ταύτην ἔχουσι τὴν γνώμην. Alia quoque addam, Paneg. 8. Antid. 317 ταύτην ἔχοντες τὴν φύσιν, Antid. 272 ταύτην ἔχοντα τὴν δύναμιν. Areopag. 14 τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν [add. τὴν], de pace τοιαύτην ἔχουσι τὴν δύναμιν, de pace 4 ταύτην ἔχοντας τὴν τέχνην. Panath. 87 ταύτην ἔχων τὴν διάνοιαν. Helen. 7 ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν, Antid. 235 ταύτην ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν. In Areopag. 69. καὶ γάρ τοι διὰ ταύτην τὴν γνώμην εἰς τοιαύτην ἡμᾶς ὁμόνοιαν κατέστησαν quid dederit Isocrates, docet locus qui paulo ante praecedit 35 καὶ γάρ τοι διὰ τὴν γνώμην ταύτην οὐδεὶς οὔτ' ἀπεκρύπτετο τὴν οὐσίαν, sic ex *Γ* editum, vulg. et hic laborat: ταύτην τὴν γνώμην: illud et Phil. 146. οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτων αὐτοὺς ὄψει τὴν γνώμην ταύτην ἔχοντας ut Antid. 295 τοῖς τὴν δύναμιν ταύτην ἔχουσι.

Male in Panegyr. 144 legitur: φεύγων γὰρ ταύτην

τὴν αἰτίαν τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων διῆλθεν et Areopag. 58 *εἰκότως ἂν εἶχον ταύτην τὴν αἰτίαν,* posterius ex *Γ* dedit Bekk. e quo fort. emendes ad superiora exempla *ταύτην εἶχον τὴν αἰτίαν:* sed vulgata retinenda lectio *τὴν αἰτίαν ταύτην,* ut est in Philip. 76 *ἐπιφέροι τὴν αἰτίαν ταύτην.* Antid. 104 *διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην κρινόμενος.* 288 *ὧν τίνες ἂν ἀδικώτερον ἔχοιεν τὴν αἰτίαν ταύτην* et ne dubium aliquod supersit, eadem illa verba: *εἰκότως ἂν εἶχον τὴν αἰτίαν ταύτην* leguntur de pace 71. Antid. 55.

Locum in orat. de pace 95 *εἰ δὲ Λακεδαιμόνιοι ταύτην τὴν δύναμιν παρέλαβον* componas cum aliis eiusdem, v. c. 127 *τοσαύτην εἰληφότα τὴν ἐπίδοσιν.* 74 *πρὶν τὴν δύναμιν ταύτην κτήσασθαι.*

Ibidem 18 nunc quidem legitur: *πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέποντες ἄμεινον βουλευσόμεθα,* sed in orationis fine, 145 et Antid. 61 *περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην,* 12 *πρὸς ἁπάσας τὰς ὑποθέσεις ταύτας.* In Panath. 96 *καὶ τοιαύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐποιησάμην;* at in soph. 19 *εὖ οἶδ' ὅτι πάντες ἐπὶ ταύτην κατενεχθήσονται τὴν ὑπόθεσιν.* Panath. 107 *ταύτας ποιούμενοι τὰς ὁμολογίας.* 105 *τοιαύτην ἐποιήσαντο τὴν εἰρήνην.* Archid. 1 *τοιαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολήν.* de pace 58 *ταύτην ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν.* Antid. 228 *ταύτην ποιοῦνται τὴν μελετήν.* Busir. 31 *ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ὑπόληψιν.* 46 *τοιαύτας ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι ἀπολογίας* et quod litem dirimit Antid. 69 *τούτου δ' ἕνεκα ταύτην ἐποιησάμην τὴν ὑπόθεσιν.*

Effugit igitur orator numerorum studiosissimus syllabarum earumdem concursum modo vocabulo interposito, modo si id minus commode fieri potuit ut praepositione praecedente aut si totius sententiae numeri obstant, verborum transposi-

tione, itaque legimus Antid. 96 *ταύτην εἶναι τὴν ἀπολογίαν.* de pace 127 *μέστην εἶναι τὴν πόλιν.* Philipp. 89 *ἐπὶ ταύτην ἂν περιπεσεῖν τὴν παράκλησιν* Archid. 51 *τοιαύτην ἕκαστοι τὴν εἰρήνην.* Helen. 31 *ἐν ταῖς μάχαις ἐν αἷς μεθ' ὅλης τῆς πόλεως ἠγωνίσατο,* ubi alius praepositionem omisisset: vel Antid. 4 *διὰ τὴν προαίρεσιν ταύτην.* Archid. 85 *περὶ τὴν ἡμέραν ταύτην.* de pace 102 *ἐπὶ τὴν τελευτὴν ταύτην.* 86 *ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ταύτης,* et scripsit in Callim. 7 *ἁπάντων μὲ τῶν γεγενημένων,* ne aures offenderet *ἁπάντων τῶν.* Euag. 40 *τοιούτων ἂν καὶ τῶν λόγων.* Philipp. 126 Aegin. 41 *ταῦτα πάντα* et Paneg. 69 *ὁμοίως διεφθάρησαν ὥσπερ.* Areop. 32 *ὥστ' ὁμοίως ἐκήδοντο τῶν οἴκων τῶν μεγάλων ὥσπερ τῶν σφετέρων αὐτῶν.* 33 *ἀλλ' ὁμοίως ἐθάῤῥουν περὶ τῶν ἔξω δεδομένων ὥσπερ.* Panath. 23 *ὁμοίως διαλεχθεὶς ὥσπερ.* 265 *οὕτως ἔχων ὥσπερ* *) plurima id genus vix numeranda.

Librarii interdum ultimas syllabas repetebant etiamsi nullus inde evaderet sensus; sic pr. *Γ* Paneg. 23 *καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστοτάτην* habet: *ἀνθρώποις οἷς.* idem liber de pace 86 *αὐτοῖς τοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν* Nec raro articulus delendus et recte abest in *Γ* Euag. 28 *λαβὼν δὲ ταύτην ἀφορμὴν ἥνπερ χρή,* vulg. *ταυτὴν τὴν.* Aegin. 6. *λαβὼν δὲ Θράσυλλος ταύτας ἀφορμὰς ἔχρητο τῇ τέχνῃ,* ubi vulg. *ταύτας τὰς ἀφορμὰς ἔχρητο ταύτῃ τῇ τέχνῃ.* Maxime vero correctores quorum perincommoda industria in Isocratis orationibus haud leviter grassata est, eo fallebant

---

*) Apparet inde quid sit censendum de his: Paneg. 32 *οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ νῦν ἔχοντα κατέλαβον.* Paneg. 6 *ἕως δ' ἂν τὰ μὲν ὁμοίως ὥσπερ πρότερον φέρηται.* ad Nicol. 19 *οἴκει τὴν πόλιν ὁμοίως ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον.* de Pace 139 *ἢν ἐθελήσωμεν χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως ὥσπερ τοῖς φίλοις.*

fallebant quod quae auctore dedita opera disiuncta essent ut omnia recte ad numeros emensa caderent, his violatis ad grammaticas regulas coniungerent.

Haec congessimus ut omnibus constaret etiam nunc egregio invento codice Urbinate, Bekkero excusso, multa restare emendanda, vix unquam nisi ex auctore ipso cuius orationes optimae notae libri haud raro vicem tenent, restituenda, simulque ne quod facillime fieri possit, coniiciendo quas sordes credidit auctor, oratori infigamus: in Archid. 66 ὡς τετμῆσθαι. Bekkerus: *imo* ὥ σ τ ε. in Nicocl. 37 ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες. Bekkerus: *malim* θ ν η τ ο ῦ τ ο ῦ. conf. Archid. 109. in Euthyn. 13 ὅπως μηδὲν ἀδικῶν κακόν τι πείσοιτο. Bekkerus: *malim* μὴ μ η δ ὲ ν. Archid. 85 ἀνορθώσομεν τὴν πόλιν. Bekkerus: *post* ἀ ν ο ρ θ ώ σ ο μ ε ν *addiderim* μ ὲ ν.

Iam quae reliqua exstant, satis est si in unum congerantur, nec quisquam erit qui mihi de singulis locis plura disputanda esse existimet; sunt vero haec:

TO

αὐτὸ τὸ δίκαιον Panegyr. 183. Antid. 130.
κατεστήσαντο τὸν βίον Paneg. 108. *)

TOY

ἀπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου Paneg. 3.
τούτου τοῦ λόγου Antid. 72.
τούτου τοῦ τρόπου Paneg. 68.
ὅσην περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος Helen. **)
αὐτοῦ τοὺς κινδύνους Archid. 23.

---

*) Cod. Victorii habet κατέστησαν, at eodem vitio idem laborat §. 178 ubi: τίμην ἀπενείμαντο, τὸν δὲ βάρβαρον.

**) Codex Δ ὅσηνπερ αὐτοῦ τοῦ ut qui scribendi oratoris usum teneat vix resistere possit quin corrigat ὅσηνπερ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος: ut Panath. 11 quem locum pag. 162 laudavimus; Spengel, συναγωγὴ τεχνῶν.

ΤΟΥΣ

τούτους τοὺς λόγους Callim. 41.

σφᾶς αὐτοὺς τοὺς μὲν de pace 88.

τοιούτους τοὺς κινδύνους Antid. 219.

αὐτοὺς τοὺς ἐξαμαρτάνοντας Antid. 251.

αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους Areopag. 67.

αὐτοὺς τοὺς ἐπαινουμένους Panath. 86.

ΤΟΙ

καίτοι τοιοῦτον Antid. 112.

ΤΟΙΣ

τούτοις τοῖς λόγοις Paneg. 100. Busir. 33.

τούτοις τοῖς καιροῖς Paneg. 146. Panath. 100. 275.

τούτοις τοῖς χρόνοις Aegin. 6.

τούτοις τοῖς κινδύνοις Euag. 18.

τούτοις τοῖς τόποις Euag. 50.

---

similiter Philipp. 33 pro οἷς περὶ τῶν παλαιῶν codex *Γ.* exhibet οἷςπερ παλαιῶν. Quid igitur, an usum Isocratis hac lege restituemus ut eius violemus praecepta? minime; puto enim ne sic quidem locum integrum esse; vide modo e multis de pace 133 τοιούτους περὶ τῶν κοινῶν οἵουςπερ ἂν περὶ τῶν ἰδίων. Helen. 61 ὅσφπερ καὶ τὴν ὄψιν, Non offendisse videtur Isocratem ὥσπερ ὑπὲρ vocali interposita. Phil. 127 καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτῆς ὁμοίως [leg. ὁμοίως ὑπὲρ αὐτῆς] ὥσπερ ὑπὲρ ὧν μάλιστα σπουδάζεις. ubi vulgo ὡς περὶ ὧν. de pace 13 προςῆκον ὑμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ τῶν κοινῶν ὥσπερ ὑπὲρ τῶν ἰδίων σπουδάζειν. Antid. 104. καὶ διδασκάλοις ὁμοίως ὑπὲρ τῶν συγγεγεννημένων ὥσπερ ὑπὲρ αὐτῶν. itaque probo vulgat. in Lochit. 21 ἀλλ' ὥσπερ ὑπὲρ αὑτοῦ δικάζων ubi Bekk. ex *Γ* ὡς, et sic Victori codex. Paneg. 178. ὥσπερ ὑπὲρ ἐκείνου, etiam in Busir. 46 legendum puto: ἐφ' αἷςπερ ὑπὲρ σαυτοῦ. At in Paneg. 133 ἄλλοθέν ποθεν haud scio an auctore *Γ* ποθὲν sit delendum neque in alio gemino plane invenitur loco de pace 41.

τούτοις τοῖς ἔργοις Paneg. 186, ubi nunc ex Γ τοῖς τοιούτοις editum.
ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι Panath. 52.
πρὸς αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις Paneg. 149. 151.
πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀρχείοις Philipp. 48.
παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀμφισβητοῦσι Aegin. 15.

ΤΑ

ἅπαντα τὰ τοῖς ἄλλοις εἰρημένα Helen. 15.
ἅπαντα τὰ δι' ἡμῶν μεμηχανημένα Antid. 25. 4.
τἄλλα πάντα τὰ περὶ τὸν βίον in Loch. 1.
δι' αὐτὰ τὰ πράγματα Demon. 47. sed αὐτὰ om. in Γ.
ἅπαντα τὰ τοιαῦτα Philipp. 93. Euag. 72. Antid. 192. Panath. 197 ex Γ.
πάντα τὰ προστασσόμενα ποιήσειν Archid. 56.

ΤΑΣ

ταύτας τὰς βλασφημίας Plat. 52. vulg. ταύτην τὴν βλ.
ταύτας τὰς συνθήκας Trapez. 26.*32.
ταύτας τὰς πράξεις Antid. 111. Paneg. 183 sed hic Victor. cod. εὕροι τὰς αὐτῶν πράξεις.
ταύτας τὰς συμφορὰς Archid. 86 ubi Θστ. ταύτας καὶ πολὺ τούτων δεινοτέρας συμφοράς.
ταύτας τὰς ὁμολογίας Paneg. 175.
ταύτας τὰς ἐπιβουλὰς Paneg. 173.
ταύτας τὰς δυσχερείας Phil. 11.
ταύτας τὰς ὀλιγωρίας Areop. 51.
πρὸς αὐτὰς τὰς πράξεις Euag. 10. Philipp. 28.
τὰς πραότητας τὰς Antid. 214.
τὰς ἥττας τὰς Panath. 185.

πάσας ἔχοντας τὰς ἀρετὰς Busir. 41 ex *Γ*. vulgo *τὰς πάσας ἔχοντας ἀρετάς*.

ΤΑΙΣ

ταύταις ταῖς ἀνοίαις de pace 8.

ταύταις ταῖς συμφοραῖς Paneg. 42. et sic etiam *Γ* 101, pro *τοιαύταις συμφοραῖς*, Victorii codex ibi *τοιαύταις ταῖς συμφοραῖς* exhibet.

αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις Euagor. 10.

ἐπ' αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς Areop. 37.

ἀρεταῖς ταῖς Panath. 158.

ΤΗΙ

ταύτῃ τῇ συμφορᾷ Philipp. 58. conf. Archid. 78. Antid. 207.

ταύτῃ τῇ δυνάμει Areop. 3.

ταύτῃ τῇ τίμῃ Areop. 27.

ταύτῃ τῇ καταστάσει Areop. 50. 61.

ταύτῃ τῇ δίκῃ in Callim. 42.

ταύτῃ τῇ τέχνῃ Antidos. 314.

ΤΩΙ

τούτῳ τῷ κινδύνῳ Callim. 39.

τούτῳ τῷ τόπῳ Phil. 120.

τούτῳ τῷ πράγματι Paneg. 184. *)

ΤΩΝ

τούτων τῶν κακῶν Paneg. 39.

τούτων τῶν ἀγαθῶν de pace 128.

τούτων τῶν ἔργων Paneg. 59.

τούτων τῶν ἀνδρῶν Antid. 235.

---

*) Victorii cod. *τούτῳ τῷ πράγματι χρῆσθαι δυναμένους· ἐλάττονος δὲ ἀξίοις* mediis omnibus omissis.

τούτων τῶν λόγων Helen. 9. Busir. 39 ex *Γ*; vulg. *τῶν τοιούτων.*

τούτων τῶν πραγμάτων Antid. 42. in Callim. 37. Aegin. 47.

τούτων τῶν διαλλαγῶν in Callim. 31.

τούτων τῶν διατριβῶν Euag. 79.

τούτων τῶν ταλαιπωριῶν Aegin. 25.

τοιούτων τῶν ἄλλων Aegin. 25.

αὐτῶν τῶν συμβεβηκότων Panath. 46.

αὐτῶν τῶν θεῶν Panath.

αὐτῶν τῶν ἔργων Antid. 118. Euag. 46. Aegin. 4.

αὐτῶν τῶν πραγμάτων Phil. 30.

ὄντων τῶν πεπραγμένων Helen. 60.

ἁπάντων τῶν quod omnium maxime frequentatur quamvis non desint loci in quibus desideratur *τῶν*. Paneg. 48. 86. Phil. 28. 73. 84. 93. Archid. 40. de pace 9. 89. 93. [om. *Γ*.] Areop. 55. Helen. 19. Busir. 37. Panath. 29. 139. 170. 257. Plataic. 12. 46. Antid. 32. 58. 145. 161. 184. 216. 253. 295. de big. 24. Trapez. 23. 48.

praeterea haec leguntur: *κτημάτων τῶν* Panath. 145. Plat. 44. *σωμάτων τῶν* Plataic. 58. *λημμάτων τῶν* Panath. 145. *ἐπιτηδευμάτων τῶν*. Panath. 152. Callim. 66. *ἀθλητῶν τῶν* Archid. 95. *ἁμαρτημάτων τῶν* Areopag. 45. *οἰκετῶν τῶν* Philip. 49. Philipp. 49. *χρημάτων τῶν* Phil. 54. *πολιτῶν τῶν* Paneg. 157. *ἑκόντων τῶν* de pace 30. *ποιητῶν τῶν* ad Nicocl. 13.

ΩΣ

ὁμοίως ὥσπερ Paneg. 6. ad Nicocl. 19. de pace 134. vide supra pag. XVI, XVIII.

οὕτως ὥςπερ Paneg. 32. Plataic. 18.
οὕτως ὥστε Panath. 38. conf. Antid. 114.
φανερῶς ὥστε ad Nicocl. 52.
ὅπως ὡς πλεῖστα ex Γ; vulg. om.

ON

λόγον ὄντα Nicocl. 9. Antid. 257.
αὐτὸν ὄντα Antid. 1.
ἐμαυτὸν ὄντα Antid. 6.
τοιοῦτον ὄντα Antid. 87.
παλαιὸν ὄντες Antid. 16.
πρὸς ἄλλον ὅντιν᾽ οὖν in Callim. 41.

Notandum easdem syllabas dicere Isocratem, non litteras; itaque fortasse non fugit attractionis genus quod legitur

ἀντὶ τῆς δόξης ἧς ἐδόκουν Antid. 163.
ἐν ταῖς δόξαις αἷς ἔχομεν Archid. 89.
ψυχῆς ἧς ἕξομεν ita Bekk. ex Θ; accusat. ἣν in Γ.
τῆς δόξης ἧς ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω Demon. 45.
τῆς δὲ κοινῆς δόξης ἧς ἔσχον περὶ ἐκείνης. sed vulg. et Δ. accus.
ταῖς δόξαις αἷς ἔχουσί τινες περὶ ἣν αὐτῶν Panath. 171.
ταῖς ἐπιστήμαις αἷς ἔχουσι χρωμένους Panath. 28.
ἀκρατῆ τε γιγνόμενον ἐνίων ὧν λέγω Panath. 95 ex Γ; vulg. λέγω δὲ.
ἔν τε γὰρ στρατείαις αἷς ἡγεῖται βασιλεὺς Panath. 180.
ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψεν Areop. 81.

quibus ut quae maiori discernuntur distinctione omittamus alia succedunt: *δόξης ἧς* Panath. 21, 75. *ἀρχῆς ἧς* de pace 88. *ταύτης ἧς* Antid. 50. *ἀφορμὴν ἥνπερ* Euag. 28. *ταύτην ἥνπερ* Paneg. 86. Panath. 54. *τὴν αὐτὴν ἥνπερ* Phil. 86.

Panath. 154. *ἐπιστήμην ἣν* Hel. 31. *ἀρχὴν ἣν* Antid. 72. *εἰδότας ἃς* Panath. 150. *τίμας ἅσπερ* Nicocl. 49. Phil. 108. *ὄντας ἃς οὗτοι τοῖς* Antid. 237. *διανοίας ἃς* Euag. 73. *ταραχὰς ἃς* de pace 134. *διαβολὰς ἃς* 142. *μεταβολὰς ἃς* Panath. 99 ex *Γ. θυσίας ἃς* Archid. 31. vulg. *οἵας. πλεονεξίας ἃς* Philipp. 9. Paneg. 17. *δαπάναις αἷς* Panath. 82, vid. v. l. *κατήγορος ὃς* Antid. 97. *κράτος ὅσας* Antid. 107. *ἀπεστραμμένος ὅσας* Phil. 142. *λόγον ὃν* Busir. 49. Panath. 24. 231. *τρόπον ὅνπερ* Paneg. 66. Philipp. 93. Antid. 6. *βίον ὃν* Antid. 6. 44. *κίνδυνον ὃν* Phil. 48. *λόγους οὓς* Antid. 44. 144. *νόμους οὓς* Panath. 152. Antid. 293. *ἄλλοις οἷς* Panath. 189. Antid. 263. 253. *αὐτοῖς οἷς* Helen. 9 et *οἷσπερ* Paneg. 24. ex *Γ.* et Victor. vulg. *ὥσπερ. τούτοις οἷσπερ* Antid. 293. *λόγων ὧν* Antid. 48. *ξενικῶν ὧν* de pace 24. *ἄλλων ὧν* Helen. 55. *λημμάτων ὧνπερ* Panath. 183. *σοφιστῶν ὧν* Antid. 268. *ἁπάντων ὧν* Antid. 8. *τούτων ὧν* Antid. 207. 211. *χρημάτων ὧν* Antid. 112.

Thucydidis loco pag. 54 laudato addas Isocrat. Plataic. 11 *ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι μὲν χρῆναι μηδεμίαν μήτ᾽ αἰτίαν μήτε κατηγορίαν μεῖζον δύνασθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν.* Idem ad Demon. 27. *εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής· ἔστι δὲ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπές, καλλωπίστου δὲ τὸ περίεργον.* Panegyr. 176. *νομίζοντας προστάγματα καὶ μὴ συνθήκας εἶναι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι συνθῆκαι μέν εἰσιν αἵ τινες ἂν ἴσως καὶ κοίνως ἀμφοτέροις ἔχωσι· προστάγματα δὲ τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον;* Demosth. pag. 1025. *ἔπειτ᾽ οὐ μαρτυρεῖ τούτῳ νῦν, ἀλλ᾽ ἐμοὶ ἀντιδικεῖ· τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν ὅτι μάρτυρες μέν εἰσιν οὗτοι οἷς μηδὲν μέτεστι τοῦ πράγματος περὶ οὗ ἡ δίκη ἐστίν, ἀντίδικοι δὲ οἱ κοινωνοῦντες τῶν πραγμάτων περὶ ὧν ἂν δικάζηταί τις αὐτοῖς;* conf. auctor in Neaer. pag. 1386.

Novum simultatis quam Isocratem inter et Alcidamantem fuisse pag. 174. docuimus exemplum, e prioris Archidamo investigasse mihi videor, quae non est ut Philippus oratio Archidamo missa, sed declamatio, quod veteres *) recte iam monuerunt secundum hypothes. auctorem qui multa aliunde ignota servabant (vid. pag. 113 et Schaef. ad Demosth. pag. 1282, 1.) Lacedaemonios in Messenios incitans; huic opposuisse videtur Alcidamas *Μεσσηνιακὸν λόγον* eorum defectionem defendens.

---

*) *Καὶ οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι πέμψας Ἀρχίδαμος ἐν Ἀθήναις τὸν λόγον παρὰ Ἰσοκράτους ἐδέξατο, ἄλλοι δέ φασι γυμνασίαν εἶναι τὸν λόγον Ἰσοκράτους, τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀρχίδαμος συμβουλεύων Λακεδαιμονίοις.*

In quacunque re ut memoratu quod sit dignum, praestare valeamus, alii quid de his quae sub examen vocare gestimus, senserint, quid iudicarint quaeve congesserint, nos bene cognita et in animo habere oportet; sic enim et verum facilius investigatur, nec quae priores iam perspexerant, denuo ut nova eduntur. Recentiori vero aetate cum de rhetorum artibus pauca in lucem prodierunt, brevibus rem conficiemus. Cresollii theatrum rhetorum [1]) ut multa hodie nimis nota praebet, ita pauca vel nulla potius quibus utamur continet. Gerh. Vossius in libello de natura et constitutione rhetorices [2]) quaedam ex veterum scriptis allata ad temporum rationes composuit, cuius cum non esset finis ut singula quaeque illustraret, totum hoc de inventione praecipuisque artis scriptoribus argumentum tantum tetigit. Hardio doctus Franco-Gallus primus haec auctorum testimoniis studiose collectis in duodecim dissertationibus [3]) diligentius perquisivit et quamvis inutilia et falsa quoque dederit atque in multis ab hac quaestione alienis nimius sit, totosque Platonis dialogos effundat, tamen opera eius neque iudicio neque doctrina caret. Belli-

---

[1]) *Lud. Cresollii theatrum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum quos in Graecia nominabant σοφιςὰς expositum libris V. Paris.* 1620 et in Gronovii thesauro antiq. graec. tom. X.

[2]) *Gerhardi Joh. Vossii de logices et rhetorices natura et constitutione libri duo. Hagae Comitis.* 1658. 4to. pag. 60 seqq.

[3]) *Douze dissertations sur l'origine et les progrès de la rhétorique dans la Grèce par Hardion* in Mémoires de littérature de l'Académie des Inscriptions et belles lettres. tom IX, XIII, XV, XVI, XIX, XXI. Gorgiae fragmentum, ut nunc video, iam hic gallice versum dederat tom. XV. pag. 171 seq. denuo excusum graecis subiectis et explicatum in dissert. undecima tom. XIX. pag. 204, utroque loco scholiasta quidem in Hermog. nominato, pagina vero non notata. Idem Anaximenis librum Coracis veteris opus esse dixit tom. XV, pag. 165. conf. Manso pag. 8.

nus de Ballu [4]) originem et sophistas enodat inde a pag. 89 usque ad pag. 115, sed minus docet quam narrat, et si docet, plerumque a veritate aberrat. Novissime hanc rem in commentatione lectu non iniucunda tractavit Manso [5]), in qua et aliorum corrigit errores et suam de artis incrementis enodat sententiam, ita tamen ut eam magis adumbret quam singulos viros, quid praestiterint, moretur.

Dispersa quaedam, sed non satis excogitata apud varios auctores, Fabricium, Ruhnkenium, Harlesium, alios a nobis quoque interdum ad partes vocatos occurrunt. Itaque denuo veterum loci de arte rhetorica excutiendi et perpendendi sunt. Quidquid autem omnibus et congestis et digestis monumentis omnique adhibita diligentia et sagacitate eruas, quam veteres ipsi de arte manibus versabant historiam, nullo compensabit modo, semperque quae tradi poterant gravissima deperdita esse nobis erit dolendum. Etenim iam Aristoteles quod nos contexere conamur perfecit, cuius librum Τεχνῶν Συναγωγὴ inscriptum, a Cicerone [6]) magna ornatum

---

[4]) *Histoire critique de l'Eloquence chez les grecs contenant la Vie des Orateurs, Rheteurs, Sophistes et principaux Grammairiens grecs qui ont fleuri depuis l'origine de l'art jusqu'au troisième siècle après J. C. avec des remarques historiques et critiques par Bellin de Ballu. Paris* 1813.

[5]) *Vermischte Abhandlungen und Aufsätze von J. C. F. Manso. Breslau* 1821. Quae hic V. D. iam monuerat, quamvis non possim quin in quibusdam ab eius discedam sententia, aut prorsus omisi aut uno alterovo tetigi vocabulo.

[6]) Rhetor. II, 2. *Ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Tisia repetitos, unum in locum conduxit Aristoteles et nominatim cuiusque praecepta magna conquisita cura perspicue conscripsit atque enodata diligenter exposuit; ac tantum inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi praestitit, ut nemo illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes qui quod illi praecipiant, velint intelligere, ad hunc quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem revertantur.* De Oratore II, 38, 160. *Aristotelis et illum legi librum in quo exposuit dicendi artes superiorum, et illos in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit.* Itaque unus erat liber et ita Anonym. Graecus apud Menag. et Arab. philos. biblioth.; duos laudat Diogenes Laertius V, 24. Ex hoc fort. sunt quae apud Quintil. III, 1, pag. 214 Burm. leguntur, et apud Diog. Laert. II, 104.

laude rerum causas atque origines diligenter exposuisse, unus adhuc superstes locus [7]) satis ostendit, unde factum ut de quibus alibi iam latius disseruerat, in tribus de arte rhetorica, quibus non eos qui ante se fuerant, sed sese ipsum in medio posuit, tam raro priorum commemoraret praecepta. Idem argumentum quod Aristoteles, discipulus eius Theophrastus diffusius, ut videtur, in libris *περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ιζ* pertractavit, nisi potius distinguendum: *περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν· Εἴδη ιζ* [8]).

Non minus vero, cum tam praeclara et insignia perfectae eloquentiae exempla supersint, initia atque exordia, quibus ante oculos positis principia et progressus probe perspicias, temporum iniuria intercidisse dolendum; primae enim rudis adhuc et inchoatae eloquentiae conatus cognoscere, non modo iucundum, sed magnae etiam utilitatis et ad vere recteque veterum rhetoricen intelligendam paene necessarium est, nec possum quin hac in re Dionysii Halic. iudicium, qui nihil inde fructuum lectoribus redundaturum esse censeat, valde perversum dicam; in Isaeo enim pag. 625 *ἐγὼ γὰρ οὔτε ἠγνοοῦν*, inquit, *οὓς ἅπαντες ἴσασιν, οὔτε ὤκνουν ὑπὲρ αὐτῶν γράφειν, εἴ τι χρήσιμον ἔμελλεν ἐξοίσειν ἡ γραφή· ἐν-*

---

[7]) Apud Ciceronem in Bruto cap. 12.

[8]) Diog. Laert. V, 48; praecedit in hoc catalogo *περὶ τέχνης ῥητορικῆς ά.* Artem edidit Theophrastus *τέχνη ῥητορικὴ περὶ ἐνθυμημάτων* inscriptam, ut Proleg. in Hermog. pag. 14 docent; dicens enim auctor qui Hermogenis librum nude appellent *περὶ ῥητορικῆς* falli; non enim totam hunc, sed leviorem eius tractare partem, pergit: *ἐπέγραψεν οὖν περὶ στάσεων δηλῶν ὅτι περὶ μόνων τῶν ἐν δικαστηρίοις καὶ βουλευτηρίοις διδάσκει, ἀντιδιαστέλλων πρὸς τὰς ἄλλας ῥητορικὰς τέχνας· ἔξι γὰρ ὡς ἔφαμεν ἡ περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτοῦ τέχνη, καὶ ΘΕΟΦΡΑΣΤΩΙ δὲ γέγραπται τέχνη ῥητορικὴ περὶ ἐνθυμημάτων καὶ ἈΛΕΞΑΝΔΡΩΙ τῷ τοῦ Νουμηνίου καὶ ΛΟΛΛΙΑΝΩΙ περὶ ἀφορμῶν ῥητορικῶν καὶ ἈΨΙΝΗΙ περὶ προοιμίων καὶ πίστεων καὶ ἄλλοις πολλοῖς περὶ ἄλλων.* Enthymemata enim ex Aristotelis doctrina, qui ipse *ἐνθυμήματα ῥητορικὰ* scripserat (Diog. Laert, V, 24), fundamentum et corpus fidei faciendae sunt, in quibus superiorum technicorum gregi neglectis vera eloquentia maxime versari debeat. Itaque his *τέχνης ῥητορικῆς* nomen praefixit auctor. Sed in eodem Theophrasti scriptorum catalogo V, 47 exstat

θυμούμενος δὲ ὅτι τὴν μὲν ποιητικὴν καὶ τὸ μετέωρον δὴ τοῦτο καὶ πομπικὸν εἰρημένον οὐδεὶς Ἰσοκράτους ἀμείνων ἐγένετο, παρέλιπον ἔχων οὓς ᾔδειν ἧττον ἐν ταῖς ἰδέαις κατορθοῦντας: et item pag. 628 *εἰ δὲ περὶ πάντων ἠξίουν γράφειν, εἰς κενότητας ἄν μου ὁ λόγος ἐξέπιπτε καὶ πρὸς τὸ μηδὲν ἢ οὐ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχειν, εἰς ἀπέραντόν τινα καὶ οὐ σύμμετρον ἐξεμηκύνθη γραφήν.* Pravae huic sententiae Dionysium optimis oratoribus contentum priores neglexisse tribuendum, idque cum vir esset strenuus et in his rebus excutiendis atque disquirendis non improbanda sagacitate, itemque librorum nobis deperditorum copiis abundaret, nos in re cognitu tam digna destitutos esse querendum; raro enim uno vel altero verbo attingit primae aetatis oratores, attamen in libris *περὶ μιμήσεως* (quae enim nunc leguntur iudicia, membra illorum disiecta sunt,) eum aliorum ut Gorgiae frequentius mentionem fecisse, fragmenta quaedam ab Anonymo schol. in Hermog. inde felici servata fortuna, demonstrant. Veteres quoque critici post Aristotelis aetatem, sive artem edentes, sive atticos perlustrantes oratores [9]) fieri non potuit quin saepius priorum fines, leges praeceptaque recolerent, e quorum libris quae apud posteriores de primis feruntur oratoribus esse hausta, ne qui multorum est mos talia suspecta habeamus, in memoriam revocare haud abs re erit.

Ex iis vero quae supersunt et rhetorices historiam accuratius attingunt, nobilissimus est **Platonis** dialogus, Phaedrus, cuius altera pars de cognitione et aestimatione loquendi facultatis nos plura fere quam reliqui omnes docet; haud pauca in **Ciceronis** libris qui de eloquentiae agunt studio, dispersa leguntur; e **Quintiliani** institutione oratoria huc per-

---

περὶ ἐνθυμημάτων ά, ut quod saepius factum a Diogene (intelliguntur vero enthymemata rhetorica) unus libellus male in duos dissectus videatur. Singulas quoque orationis partes Theophrastus separatim evulgavit, quarum e numero sunt: *περὶ εὑρημάτων ά, β΄: περὶ λέξεως ά: παραγγέλματα ά: προοιμίων ά: περὶ συμβουλῆς ά.*

9) conf. Taylor ad Lysiam praef. pag. 66 seqq. Ruhnkenii histor. crit. init. Fabric. Bibl. gr. tom. II. pag. 745. Harl.

tinent capp. XV—XXI. libri secundi et integer tertius: Sexti Empirici liber tertius adversus rhetores de fine rhetorices; in primis vero quae ex variis auctoribus collecta in Aldi rhetoribus servantur, v. c. praefatio scholiis in Hermog. praemissa, sic notata: Ἰσαγωγὴ σχολίων ἐκ διαφόρων τεχνογράφων εἰς τὰ προλεγόμενα τῆς Ἑρμογένους ῥητορικῆς, ad paginam usque 16 quae in aliis codicibus alia exstat; conf. Bibl. Coisl. Montef. pag. 592 seq. Morelli Bibl. Divi Marci tom. I. pag. 300 et Fabric. Bibl. graeca tom. IX. pag. 586, in cuius codice, ut Christianos mittamus, e Graecis, unde illa Prolegomena excerpta sunt, auctores laudantur Simplicius, Longinus, Syrianus, Iamblichus: denique multa egregia scholia ipsa Syriani, Marcellini, Sopatri et Anonymi praestant, quibus ut saepe nova primi in lucem duceremus, contigit. Alii suo loco a nobis laudabuntur; quos testes hac disquisitionis lege adhibuimus ut et verba et sensum diligenter examinaremus, neque dictorum fidem sine necessitate labefactaremus.

Haec nostra artis oratoriae historia vereor ne valde rudis et imperfecta vel, ut rectius dicamus, nulla prorsus evadat; ut enim quas antecedentis philosophi sequens correxerit sententias, et qua ratione, quamque ipse novam produxerit, philosophiae docet historia, similiter qui primus in oratoria annisus sit, quid praestiterit, quae ab eo omissa qui secuti sunt, deinceps expleverint et addiderint, quibus alius alii anteverterit, ut progressus et cultus rite cohaereant, nobis erit ostendendum, quae haud scio an nullus ut aliorum fugiat vituperium, in tanta testimoniorum penuria vixque nominibus qui in arte excelluerint, posteritati traditis probabiliter explanaturus sit; itaque de hominibus dicemus aliquid, de re parum. Quare si quaedam aut negligenter observata et enodata, aut male connexa, vel plura quae subtiliori inveniri possint perscrutatione, omissa sunt, tenebris ubi haec captanda non mediocribus obiectis, nec semitis quo pervenire volumus tritis, benevole mihi ignoscant.

Vestigia quidem sanae eloquentiae, cum oratio ab hominibus non voluptate, sed necessitate ductis adhibeatur, prima iam Graecorum exstitisse aetate, vel ex Homeri quidam poematis constare commenti sunt, immo iam ante Palamedem, Phoenicem alios fuisse claros oratores, quos oblivio ademerit

nobis fugitivos, qua de re insignis est Syriani locus in Hermog. pag. 17;

σύνδρομος ἡ ῥητορικὴ τῷ λόγῳ τῶν ψυχῶν καὶ πρὸ Νέστορός τε καὶ Παλαμήδους καὶ Φοίνικος καὶ Ὀδύσσεως καὶ πρὸ τῶν ἐν Ἰλίῳ ἠσκεῖτο παρ' ἀνθρώποις· ἡ γοῦν κατὰ Κάδμον καὶ Δάναον γραμματικὴ ἐπί τε τῶν τρωικῶν ἠσκεῖτο [10]), *ὡς ΔΙΚΤΥΣ ἐν ταῖς ἐφημερίησί φησι, καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου τοῦ ἄρξαντος μετὰ ταῦτα* (id est *τοὺς τριάκοντα*) *διέμεινε χρόνων, τοὺς δὲ ἀνωτέρω τούτων σὺν ἀρετῇ τὸ πρᾶγμα μεταδιώξαντας ἡ τοῦ κατακλυσμοῦ σὺν τοῖς ἄλλοις ἠφάνισε λήθη* [11]).

Paulo his prudentiora Hermog. pag. 140 Ald.

ὁ Ὅμηρος ποιητῶν ἄριστος, φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων λέγω δ' ἴσως ταὐτόν· ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἡ ποίησις μίμησις ἁπάντων, ὁ δὲ μετὰ τῆς περὶ τὴν λέξιν κατασκευῆς ἄριστα μιμούμενος καὶ ῥήτορας δημηγοροῦντας καὶ κιθαρῳδοὺς πανηγυρίζοντας ... καὶ πάντα πράγματα οὗτος ἄριστός ἐστι ποιητής· ἐπειδὴ οὖν ταῦθ' οὕτως ἔχει, τάχ' ἂν ταὐτὸν εἰρηκὼς εἴην εἰπὼν εἶναι ποιητῶν ἄριστον, ὡς εἰ καὶ ῥητόρων ἄριστον καὶ λογογράφων ἔλεγον.

Alii primam rhetorices originem, ut omnia, deorum benignitate heroibus datam et inde homines inter dissipatam esse censent, quorum rationes tam mirae sunt, ut non possim quin auctoris Prolegg. in Hermog. pag. 4 verba longiora quidem, sed non indigna referri, exhibeam:

Οἱ μὲν τῶν ἐξηγητῶν μυθικαῖς ἀπάταις τερπόμενοι ἐξηγοῦνται, τὴν ῥητορικὴν εἶναί ποτε ἐν τοῖς θεοῖς καὶ παραφέρουσι τὸ δημιουργικὸν ἔπος ἐκεῖνο [Ἰλ. δ, 1]

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο.

εἶδος θέλουσι λέγειν τῆς ῥητορικῆς, τουτέστι τὸ δημηγορικόν· ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὅτι πάντα τὰ ἀγαθὰ ἡ θεία φύσις ἡμῖν ἐχαρίσατο, τὴν δὲ ῥητορικὴν ἡμεῖς παρὰ τοῖς θεοῖς οὐ λέγομεν γεγονέναι, τὴν δὲ πλείστην δύναμιν τῆς ῥητορικῆς ἐν τῷ προφορικῷ λόγῳ θεωροῦμεν· ὁ δὲ προφορικὸς λόγος καὶ ὀδόντων χρήζει καὶ ὑπερῴας καὶ τῶν ἄλλων σωματικῶν

---

[10]) conf. Plut. de Socr. genio tom. X. pag. 309 H.

[11]) conf. Cicero in Bruto cap. 10, de Orat. III, 7. Astius ad Phaedr. pag 352.

ὀργάνων· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ τὸ λέγειν τὰ τοιαυτα πάσης ἐστὶν ἀτοπίας ἀνάμεστον, ἄλλως τε καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἄλλως λέγονται καὶ ἄλλως νοοῦνται. Εἶτα δὲ λέγουσιν ὅτι μετὰ τοὺς θεοὺς εἰς τοὺς ἥρωας μεταβέβηκεν ἡ τέχνη, εἴ γε θεωροῦμεν τὸν Πρίαμον τῷ ἐγκωμιαστικῷ εἴδει κεχρημένον, ὡς ὅταν λέγῃ [*Ιλ. γ*, 182]

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων.

τῷ δὲ συμβουλευτικῷ τὸν Νέστορα διαλεγόμενον πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ τὸν Ἀχιλλέα, τῷ δὲ δικανικῷ τὸν Ἰθακήσιον Ὀδυσσέα· φησὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ ὁ ποιητὴς [*Ιλ. γ*, 222]

καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

καὶ λοιπὸν βαθμηδὸν εἰς κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ἦλθεν ἡ ῥητορική· θεωροῦμεν γὰρ ἀνδράποδα βάρβαρα παντὸς ἄμοιρα λόγου ἐπαινοῦντας ἀλλήλους καὶ λέγοντας καὶ ἀπολογουμένους καὶ κατηγοροῦντας, ἅπερ εἰσὶν ἴδια τῆς ῥητορικῆς [14]). *Πρὸς ταῦτα δὲ φαμὲν, ὅτι οὐδέποτε τὴν τῶν ἡρώων ἐκείνων εὔρυθμον προφορὰν ῥητορικὴν ἀποκαλοῦμεν, ἀλλὰ μᾶλλον εἴδησιν λογισμοῦ καὶ ὀξύτητα τῶν ἄλλων πλείονα· οὔτε δὲ ἐν τῷ κοινῷ ῥητορικὴν λέγομεν· τέχνην γὰρ πάντως οὐκ ἔχει· τοῦτο δὲ λέγομεν ὅτι τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἐκ φύσεώς εἰσι μόνως ὡς ἐπὶ τοῦ λίθου, τὰ δὲ ἐκ φύσεως καὶ τέχνης ὡς ἐπὶ τοῦ θρόνου· ἐκ τῆς φύσεως γὰρ ἡ τέχνη λαβοῦσα τὴν ὕλην τὸν θρόνον ὑπετέλεσεν· ἡ οὖν ῥητορικὴ ἐν τῷ κοινῷ ὕλης τάξιν ἐπέχει.*

cuius egregiae interpretationis auctorem ex Codice Monac. VIII. in lucem provocemus, ubi fol. 129 b. haec leguntur: *καὶ ὅτι Ὅμηρος τὰ σπέρματα τῆς τέχνης κατέβαλεν, ἐδήλωσε* ***ΤΗΛΕΦΟΣ*** *ὁ* ***ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ*** *ὅστις τέχνην συγγραψάμενος ἐπέγραψε περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς*

---

[14]) Quintil. II, 17. pag. 191: *Quidam naturalem esse rhetoricen volunt et tamen adiuvari exercitatione non diffitentur, ut in libris Ciceronis de oratore dicit Antonius observationem quandam esse, non artem ... hanc autem opinionem habuisse LYSIAS videtur, cuius sententiae talis defensio est, quod indocti et barbari et servi, pro se cum loquantur, aliquid dicant simile principio, narrent, probent, refutent, et quod vim habeat epilogi, deprecentur. Deinde adiiciunt illas verborum cavillationes, nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse, atque dixisse homines pro se et in alios semper.*

κἀκεῖ περὶ τῶν ιγ' συνεγράψατο στάσεων· λέγουσι δέ τινες δικανικὸν λόγον εὑρηκέναι [Cod. *εἰρηκέναι*] *πρῶτον Μενεσθέα τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων ὃς καὶ ἐπὶ Τροίαν ἀφίκετο, ἄλλοι δὲ λέγουσιν Ἀντιφῶντα.*

Mittenda igitur nobis loquendi facultas quae omni privata disciplina nihil nisi quae a natura homini insita praestat; agitur de artificiosae orationis exordio, longa exercitationis via inveniendae eiusque progressu, quo factum ut tam multos in dicendi genere praeclaros viros protulerit Graecia; quae praecedit aetas de qua nihil nobis memoriae proditum, negligamus. Naturalis enim illa dicendi facultas Epicuro [15]) tanto-

---

[13]) Schol. in Hermog. pag. 377 *ἀρχὴ γὰρ οἱονεὶ καὶ κρηπὶς καὶ χρηστὸν ὄργανον ψυχῆς πρὸς τὰ βέλτιστα χωρεῖν ἐπειγομένη δεξιὰ φύσις, διὸ καὶ ΠΙΝΔΑΡΟΣ φησι* [Olymp. IX, 152] *τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν, ὁ δέ γε ἘΠΙΚΟΥΡΟΣ ἐν τῷ περὶ ῥητορικῆς αὐθαδέστερον οἶμαι λέγων φησὶν αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων· τοὺς δὲ ἀλόγους ἀποσκορακίζων ῥήτορας ἑαυτῷ πως μαχόμενα λέγει: φύσις γὰρ ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία.* conf. Quintil. II, 17, pag. 194. XII, 2 pag. 1062. Alii quoque philosophi ab oratore non multum requirebant Epicuro tamen longe severiores, veluti Chrysippus de quo memorabilis locus exstat in Frontonis reliquiis pag. 86 Nieb.:

Evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus. Num contentus est docere, rem ostendere, definire, explorare? Non est contentus, verum auget in quantum potest, exaggerat, praemunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat: ταῦτα δ' ἐστὶν αὔξειν, διασκευάζειν, πάλιν λέγειν, ἐπαναφέρειν, παραιπεῖν, προσωποποιεῖν. Videsne ab eo paene omnia oratorum tractari. Igitur si ipse Chrysippus his utendum esse ostendit, quid ego amplius postulo, nisi ut ne verubus dialecticorum, sed potius Platonis gladio dimices. Illud *παραιπεῖν* codex, Maius *παρειπεῖν*, Buttmannus *παραινεῖν*, neutrum ex rhetorum terminis, neque ullum latinum verbum huic graeco respondet; legend. *παραλείπειν*. Alexander pag. 580 Ald. *παράλειψις δέ ἐστιν ὅταν δοκοῦντές τι παραλιπεῖν μηδὲν ἧττον λέγωμεν αὐτὸ*, quod apte *recurrere* dici potest. Heindorfius ex ipsius Chrysippi libro sumpta putat, aliquin e margine in textum fluxisse suspicaretur, adeo inepte illa inferuntur. Sed inanis haec coniectura, auctor latina sua verba graecis magis tritis et notis terminis exponere voluit, qui

pere iactata, dispersa et dissipata, nulla arte conclusa, si quid recte facit et pulchre in loquendo, inscia efficit; nullum enim sequitur ordinem praescriptum et quod proxime in mentem venit, id omni effundit vi. Est autem hominis ut quaeque recte perpensa suoque posita loco emittantur visque illa late sese evulgans arcte coerceatur. Ita ars adhibetur quae rem dissolutam divulsamque conglutinet et ratione quadam constringat, sic genera ad certum numerum paucitatemque revocantur, feruntur leges et praecepta quorum cognitio neque difficilis, et usus frequens faciliorem reddit quibus omnia digestis componantur; talia vero praecepta nisi iam exstant exempla unde deriventur vix dari possunt. Quibus legibus paulatim dilatatis vel correctis vel auctis evenit, ut cum primum singularia quaedam tractentur, ars haec mittat et communia longa rerum cognitione ac subtili perscrutatione consideret et persequatur. Graecos vero iam primo tempore sese ad ea quae ad theoriam et compositionem pertinerent explananda accinxisse reperimus, ut Sophoclem in tragoedia, Polycletum in arte statuaria et in rhetorice ipsa oratores praecepta reliquisse docemur; quos singulas res et externas cum cura et diligentia tradidisse relatum est, communia autem illa et imprimis argumentationes et approbationes ex vera sumptas inductione, ante Aristotelem, ut ipse dicit, nemo, vel pauci certe via et ratione sectari et explicare coeperunt.

Sed priusquam artium scriptores deinceps enarrare incipiamus, quae maxime nobis sint eligenda et vitanda, ne aliena venemur et necessaria negligamus, pauca quaedam praemonenda sunt. Plurimi et optimi auctores orationem in quinque

mos est Frontonis, ut pag. 119 ubi additum legitur: *graecis verbis fortasse apertius significabo.* conf. pag. 93. Optime vero desiderari plura perspexit Heindorfius, graecis enim reddenda verba *interrogat*, *describit*, *dividit*, quod veteres dicunt: *ἐρωτᾷν*, *διατυποῦν*, *μερίζειν*, de postremis dubitari potest: *personas fingit, orationem suam alii accomodat.* Fort. utrumque latinum graeco *προςωποποιεῖν* comprehendit, nisi aliud simile adiectum erat v. c. *ἠθοποιεῖν*, ut Dionysius de Lysia *ἠθοποιεῖ καὶ παρασκευάζει πρόσωπα τῷ λόγῳ πιστὰ καὶ χρηστὰ προαιρέσεις αὐτοῖς ἀστείας ὑποτιθεὶς καὶ πάθη μέτρια προςώπων.*

dividunt partes, inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem. Itaque haec nobis singula explananda erunt ut quid praestiterint veteres in una quaque re et qua ratione sit perspicuum. Videndum tamen ne quid iis quod aut omnino non curarent aut parum attenderent tribuamus. Et illa quidem distributio Graecos de quorum aetate nos loquimur, excludit. Nam de pronuntiatione vel actione Aristotelis quidem tempore [14]) nulla ars inveniebatur, et auctor ad Herennium [15]) qui libros suos ex graecis compositos in romanam abduxit terram, ne sua quidem aetate quidquam diligenter de ea scriptum exstitisse fatetur; veteres enim hanc natura nobis, non arte contingere arbitrabantur, ut Thrasymachus apud Quintilianum [16]) qui haec quae Spaldingii est sententia, *ἐν τέχνῃ ῥητορικῇ* prodidit; potuit etiam *ἐν Ἐλέοις* et fortasse fere ipsius verba supersunt apud Aristotelem in Rhet. III. 1 pag. 163 *ἐκείνη μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ· ἐγκεχειρήκασι δὲ ἐπ᾽ ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινὲς, οἷον ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ ἐν τοῖς ἐλέοις, καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι καὶ ἀτεχνότερον, περὶ δὲ τὴν λέξιν ἔντεχνον.* Hanc, igitur orationis speciem aut plane omisit Thrasymachus, ut equidem censeo, aut levia modo inspersit et ita alii. Quare nihil nobis erit dicendum de pronuntiatione.

De memoria item vel apud Aristotelem frustra praecepta quaesiveris; multo minus igitur haec in priorum libris flagitare possumus; veteres enim, quamvis divina memoria in oratore abesse nequeat, observationem maxime et usum, quod fragmentum quoque approbat ex Antiphontis servatum *τέχνῃ*, praecepisse, singulas vero leges aut ignorasse aut potius dare noluisse expectes. Sed Aristoteles ut externum hoc de iudustria

---

14) Rhetor. III, 1. pag. 162 ed. Reiz. *οὔπω δὲ σύγκειται τέχνη περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ καὶ τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀψὲ προῆλθε.* Primus qui de eo scripsit, Theophrastus fuisse videtur, cujus liber *περὶ ὑποκρίσεως ά.* Diogeni Laert. V, 48 laudatur.

15) III, 11.

16) III, 3. pag. 222 Burm. *Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tres modo primas esse partes volunt, quia memoria atque actio natura, non arte contingant . . . licet Thrasymachus quoquidem de actione crediderit.*

negligere poterat; vix enim iam tum Simonidis *μνημονική*, quam et Hippias et alii magis excoluisse videntur [17]) occiderat, nec pauca de hac apud auctorem ad Herennium exstant, unde veteres eam neglexisse non evincatur, quod tamen non ita esse Anaximenis docet rhetorice, qui aeque atque Aristoteles silentio hanc transit, nunquam si alii in libris de arte oratoria expolivissent id facturus. Nempe in hac et in pronuntiatione tirones multum a fabularum actoribus iuvari rectamque doceri viam poterant [18]) ut primos artifices in scriptis memoriam non multum curasse minime mirer. Tria igitur restant de quibus disseremus, *εὕρεσις*, *τάξις* et *φράσις* vel *λέξις*. Sic provincia mirum quantum postea dilatata primo tempore satis coarctata apparet; nam et de his, ceteris magis, attendunt *τάξιν* quam ut primariam nos considerare oportet; sed et hic quam futilis nostra sit cognitio vide. Agitur de orationis divisione cuius varias apud varios artium scriptores partes est quando investigare possumus, partitionis vero quas fecerint auctores et ego ignoro nec alii melius sapiunt; nusquam enim praeter locum praestantem apud Dionysium Halic. in Lysiae iudicio de Isocratis praeceptis fere relatum, et quae posteriores hac de re disputant, omnia veteres iam dederint, an ex philosophorum qui tum artem tractarent, sint nata scholis, quis recte discernat et diiudicet? Quare quod hac via erui nequit, nova lubrica quidem inventum iri puto, ut quae supersint orationes dividamus et varia partitionis genera aliaque eligamus, et hac ratione quae oratorum quisque praecepta, posterioribus tantopere decantata probaverit quaeve respuerit perspiciamus, quod nondum a me factum, qui vitio mihi vertant haud fore existimo. Caecilii de Antiphonte verba [19]) a Photio servata Cod.

---

17) Longinus [vulgo Apsines] pag. 718 *ἤδη δὲ καὶ Σιμωνίδης καὶ πλείους μετ' ἐκεῖνον μνήμης [γνώμης] ὁδοὺς προὐδίδαξαν εἰδώλων παράθεσιν καὶ τόπων εἰσηγούμενοι πρὸς τὸ μνημονεύειν ἔχειν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων.* Librum *περὶ μνήμης* scripsit auctore Diogene Laert. Xenocrates.

18) Longinus in Arte pag. 716. Quintil. XI, III. conf. Lange Vindic. tragoed. Rom. pag. 35.

19) in libro, ut videtur, *περὶ Σχημάτων*, quorum finis a Caecilio datus exstat apud Phoebamonem pag. 688 Ald. Falsus est Tou-

CCLIX, pag. 485 Bkk., quae quam acutus in his investigandis fuerit rhetor ostendunt memoratu digna, integra hic reddam:

ὁ μέντοι Σικελιώτης ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ μὴ κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς κατὰ διάνοιαν σχήμασιν, ἀλλὰ κατευθὺ αὐτῷ καὶ ἀπλάστους τὰς νοήσεις ἐκφέρεσθαι, τροπὴν δὲ ἐκ τοῦ πανούργου καὶ ἐνάλλαξιν οὔτε ζητῆσαι τὸν ἄνδρα οὔτε χρήσασθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν δὴ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φυσικῆς αὐτῶν ἀκολουθίας ἄγειν τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὸ βούλημα· οἱ γὰρ πάλαι ῥήτορες ἱκανὸν αὐτοῖς ἐνόμιζον εὑρεῖν τε τὰ ἐνθυμήματα καὶ τῇ φράσει περιττῶς ἀπαγγεῖλαι· ἐσπούδαζον γὰρ τὸ ὅλον περὶ τὴν λέξιν καὶ τὸν ταύτης κόσμον, πρῶτον μὲν ὅπως εἴη σημαντικὴ καὶ εὐπρεπής, εἶτα δὲ καὶ ἐναρμόνιος ἡ τούτων σύνθεσις· ἐν τούτῳ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἰδιώτας διαφορὰν ἐπὶ τὸ κρεῖττον περιγίνεσθαι· εἶτα εἰπὼν ὡς ἀσχημάτιστος εἴη κατὰ διάνοιαν ὁ τοῦ Ἀντιφῶντος λόγος, ὥσπερ ἐπιδιορθούμενος ἑαυτὸν οὐ τοῦτο λέγω φησίν, ὡς οὐδὲν εὑρίσκεται διανοίας παρὰ Ἀντιφῶντι σχῆμα· καὶ γὰρ ἐρώτησίς που καὶ παράλειψις καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἔνεισιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις· ἀλλὰ τί φημι; ὅτι μὴ κατ' ἐπιτήδευσιν μήτε συνεχῶς ἐχρήσατο τούτοις, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἡ φύσις αὐτὴ μεθοδείας τινὸς χωρὶς ἀπῆγεν, ὃ δὴ καὶ περὶ τοὺς τυχόντας τῶν ἰδιωτῶν ἔστιν ὁρᾶν· διὰ τοῦτο καὶ ὅταν τις ἀσχηματίστους εἶναι λέγῃ λόγους, οὐ καθάπαξ οἰητέον τῶν σχημάτων αὐτοὺς ἀπεστερημένους εἶναι, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον, ἀλλ' ὅτι τὸ ἐμμέθοδον καὶ συνεχὲς καὶ ἐῤῥωμένον τῶν σχημάτων οὐκ ἔστιν ὁρώμενον ἐν αὐτοῖς.

De dispositionis ratione quum loquimur, duo primum apparent genera inter se diversa, *τὸ δικανικὸν γένος* et *δημηγορικόν*, sive ut Plato illudens dicit: *σοφία δημηγορικὴ καὶ δικανική*; est enim *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος*, ad quos omnis fiat oratio. Et hanc divisionem, ut infra videbimus, Anaximenes servavit, sed modo tertium accessit, seu potius se ex illis segregavit, *τὸ ἐπιδεικτικόν*, quae quum tam sint diversa, ut communes quasdam leges non satisfacere omnes fateantur, veteres elo-

---

pius ad Longinum pag. 221 Weisk. ex hoc Photii et Pseudo-Plutarchi loco totius libri titulum fingens: *περὶ Ἀντιφῶντος Σύνταγμα.*

quentiae magistri in artibus quas componerent, utrum omnem orationis formam comprehenderint et cuiusque dicendi generis praecepta bene excogitata tradiderint, an unum tantum caeteris praelatum expoliverint quaerendum est. Sophistas quamvis in ostentatione principes fuisse legamus, iudiciale tamen genus, tanta ut mihi videtur necessitate flagitatum et usu frequenti repetitum est, ut omnium artium scriptores, quorum plerique in iudiciis versabantur, in hunc unum laudatione et deliberatione neglecta decurrerent campum. Illam alteram cur miserint, Ciceronis docebit locus [20]); posterior vero quippe de rebus futuris iudicium ferens, et difficilior erat et magna ex parte cum genere iudiciali cohaeret [21]).

Τὸ δικανικὸν γένος solum tractatum fuisse vel ex his Aristotelis verbis III, 13 pag. 196 concludas, qui artificium non singularia, sed communia considerare idque in oratione disponenda rhetores non observasse monet: *νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως. διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ λόγου μόνου ἐστίν· ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ πῶς ἐνδέχεται εἶναι διήγησιν, οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς ἀντίδικον ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν* [22]); Quod si *διήγησις* in iudiciali tantum est oratione, veteres vero dicendi doctores hanc nunquam omittunt, hoc *τὸ δικανικὸν* solum tradidisse apparet. Idem Phaedrus Socrati non modo in iudiciis et concionibus sed et in rebus domesticis rhetoricen esse affirmanti respondet pag. 96 Bkk. *οὐ μὰ τὸν Δί' οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μέν πως περὶ τὰς ΔΙΚΑΣ λέγεται καὶ γράφεται τέχνη, λέγεται δὲ καὶ περὶ ΔΗΜΗΓΟΡΙΑΣ, ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα·* ubi notandum non sine ratione *λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας*, omisso *γράφεται τέχνη* additum esse, idque se cognitum tenere ex Thrasymacho, Theodoro aliis fatetur Phaedrus. Sed

---

20) de Oratore II, 11.

21) Aristotelis Rhetor. III, 14. pag. 201.

22) hunc locum fort. in animo habuit Dionys. Halic. arte rhet. 10, 14. pag. 312. Schott. *ἁμάρτημα δὲ καὶ τὸ πανταχοῦ διηγεῖσθαι μὴ ἐπιστάμενον ὅτι ὕλη μὲν ἰδέα συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖται. ἴσασι γὰρ οἱ βουλευόμενοι περὶ ὧν σκοποῦνται καὶ δέονται μαθεῖν ὃ πρακτέον ἐστιν, οὐχ᾽ ὅπερ βουλευτέον· εἰσὶ δὲ καὶ δίκαι διηγήσεις οὐκ ἔχουσαι.*

clarius et gravius testimonium est Isocratis in oratione *κατὰ σοφιστῶν* §. 19 pag. 331 Bkk. cuius locus imprimis est aptus: *Λοιποὶ δ᾽ ἡμῖν εἰσὶν οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες οὓς οὐκ ἀφετέον ἀνεπιτιμήτους, οἵ τινες ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξειν, ἐκλεξάμενοι τὸ δυσχερέστατον τῶν ὀνομάτων, ὃ τῶν φθονούντων ἔργον ἦν λέγειν, ἀλλ᾽ οὐ τῶν προεστώτων τῆς τοιαύτης παιδεύσεως, καὶ ταῦτα τοῦ πράγματος καθ᾽ ὅσον ἐστὶ διδακτὸν, οὐδὲν μᾶλλον πρὸς τοὺς δικανικοὺς λόγους ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὠφελεῖν δυναμένου· τοσούτῳ δὲ χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων, ὅσον οὗτοι μὲν τοιαῦτα λογίδια διεξιόντες, οἷς εἴ τις ἐπὶ τῶν πράξεων ἐμμείνειεν εὐθὺς ἂν ἐν πᾶσιν εἴη κακοῖς, ὅμως ἀρετὴν ἐπηγγείλαντο καὶ σωφροσύνην περὶ αὐτῶν, ἐκεῖνοι δ᾽ ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι* [23]).
vides hominem aegre illius saeculi morem ferentem et vehementer impugnantem; ipse vero *καλουμένην τέχνην* protulit, et hic locus iam quantum Isocratis ars a ceterorum distaret, luculenter docet. Denique Aristoteles Rhet. I, 1. pag. 3 latius haec exponens quam censet causam, haud scio an non omnibus probatam adiungit: *τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικὰ καὶ δικανικὰ καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσιν, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν, ὅτι ἧττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς καὶ ἧττόν ἐστι κακοῦργον ἡ δημηγορία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον.*

Haec de dispositione; non minorem tamen curam oratores elocutioni impendebant, partim quod haec ipsa magni momenti eam exigebat, partim quod nihil magis quam si quis male pronuntiaret et externis vel peregrinis uteretur verbis,

23) Quae Isocratis verba intelligit Aristot. Rhet. I, 9 pag. 49 *κἂν μὴ καθ᾽ αὑτὸν εὐπορῇς, πρὸς ἄλλους ἀντιπαραβάλλειν, ὅπερ Ἰσοκράτης ἐποίει διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ δικολογεῖν.*

Athenienses, cuius rei mira traduntur exempla, certo post anarchiae tempus offendebat. Itaque hospites qui apud populum vel in iudicio verba faciunt, statim in introitu ne sit detrimento deprecantur [24]). Ideo veteres eam non negligebant et in libris multum de hac disputabant, in quibus vel levissima v. c. coniunctionum, articuli vim et usum exponere solent; et posteriores critici vel in limine ante omnia eorum dictionem quorum agunt censuram notant. Varia elocutionis genera, supersunt enim de hac quaedam fragmenta, nos in opere pertexendo, cum de singulorum rhetorum ingenio erit sermo, demonstabimus.

Postrema quae restat orationis pars, inventionem, *εὕρεσιν*, comprehendens et difficilis enodatu est et maxime quae fuerit apud antiquos nos latet; vix quasdam de ea expromere licet coniecturas. Tria quidem illa genera orationis etiamsi non separata omnes cognovisse non est quod moneam, res enim ipsa et varius atque multiplex usus haec docuit et paulatim discrevit, ut alii aliud sequerentur oratores; singulas vero cuiusque species una cum argumentis eorumque tractandi ratione praeter Anaximenem cuius ars adhuc superstes, ceteri quas fecerint prorsus incertum est. Omnino non falli arbitror qui plurima ad hos maxime *τόπους* unde omnia emanarent et diiudicarentur, in artium libris relata esse mihi persuasum habeam *τὸ νόμιμον, τὸ δίκαιον* et *τὸ συμφέρον,* quibus alia mi-

---

[24]) Plato in Socr. Apologia pag. 90 Bkk. *νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα ἔτη γεγονὼς ἑβδομήκοντα·* [ita vetustissimi codices, quibus erat obsequendum; vulgo *γεγονὼς πλείω ἑβδομ.* conf. Crito pag. 164 Bkk.) *ἀτεχνῶς οὖν ξένος ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως· ὥσπερ οὖν ἂν εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐτύγχανον ὤν, ξυνεγιγνώσκετε δή που ἄν μοι εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τε καὶ τῷ τρόπῳ ἔλεγον ἐν οἷς περ ἐτεθράμμην, καὶ δὴ καὶ νῦν τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὥς γέ μοι δοκῶ, τὸν μὲν τρόπον τῆς λέξεως ἐᾷν — ἴσως μὲν γάρ τι χείρων, ἴσως δὲ βελτίων ἂν εἴη — αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω ἢ μή.* Et apud Antiphontem de caede Herodis Mytilenaeus pag. 45 Bkk. *τάδε δὲ δέομαι ὑμῶν συγγνώμην ἔχειν μοι τοῦτο μὲν ἐάν τι τῇ γλώσσῃ ἁμάρτω, καὶ ἡγεῖσθαι ἀπειρίᾳ μᾶλλον αὐτὸ ἢ ἀδικίᾳ ἡμαρτῆσθαι, τοῦτο δὲ ἐάν τι ὀρθῶς εἴπω, ἀληθείᾳ μᾶλλον ἢ δεινότητι εἰρῆσθαι.*

noris momenti adhaerent ut *τὸ καλὸν*, *ἡδὺ*, *ῥᾴδιον* vel *ἔνδοξον*, *δυνατὸν*, *σαφὲς*, omnibus omnia generibus communia [25]). Inde enim quod maxime usu venit, *τὸ προτρέπειν* et *ἀποτρέπειν* [26]); exempla praestant Thucydidis orationes, *θεωρητικῶς* vero haec, si ita intelligendum, a Callippo et Pamphilo elaborata Aristoteli [27]) laudantur.

Ex approbationum numero, quae erant apertae et rem proxime attingebant, exagitatas esse certum est, veluti *μαρτυρίας*, *βασάνους*, *ὅρκους* similiaque quae Aristoteles *ἄτεχνα* primus dixit [28]); *ἔντεχνα* non prorsus fuisse neglecta, ipsius ostendunt verba Rhet. init. pag. 1: *Νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες ὀλίγον πεποιήκασιν* [29]) *αὐτῆς μόριον· αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον, τὰ δὲ ἄλλα προσθῆκαι· οἱ δὲ περὶ μὲν ἐνθυμημάτων οὐδὲν λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ σῶμα τῆς πίστεως· περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται*; ita superiores hanc partem iusto minus expolivisse, non vero prorsus neglexisse queritur; nam cum tota fere vincendi spes ratioque persuadendi posita sit in confirmatione, hoc est in argumentis, minime primis rhetoribus *τὰς πίστεις* ignotas fuisse putandum, immo ut cuivis sanae mentis satis inhaerentes de quibus multum disputare philosophi magis quam oratoris esset, has in libris paucis conficiendas esse putarunt.

Alci-

---

25) Anaximenes pag. 59 Buhle, Apsines pag. 904. Aed.

26) Anaximenes rhetor. pag. 22. *καὶ πρῶτον μὲν τὰς προτροπὰς καὶ ἀποτροπὰς, ἐπεί περ ἐν ταῖς ἰδίαις ὁμιλίαις καὶ ταῖς κοιναῖς δημηγορίαις ἐν τοῖςδε μάλιστα* [leg. *ἐν τοῖς μάλιστα*] *αὐτῶν χρῆσίς ἐστι, διέλθωμεν*; huic postremo verbo vulgo adiectum *ἄν* quod delendum. Edit. Veneta *διέλθομεν*, unde cave corrigas *διέλθοιμεν ἄν*.

27) Rhetor. II, 23 pag. 149.

28) Anaximenes pag 61, *ἐπίθετοι* [*πίστεις*] *δὲ μαρτυρίαι, ὅρκοι, βάσανοι*. legend. *ἐπίθετοι δὲ δόξαι, μαρτυρίαι, βάσανοι, ὅρκοι*. primum exciderat; nam postea haec deinceps pag. 80 seqq. singula enodantur eo quem dedimus ordine, et ita supra alterius generis *πίστεις* explicuerat; inde corrig. Spaldingius ad Quintil. tom I. pag. 457.

29) Marg. Victor. cod. R. *οὐδὲν ὡς εἰπεῖν πεπορίκασιν*, quod tamen sequente *οὐδὲν* displicet.

Alcibiadi de vi et sensu legis ex Pericle quaerenti [30]) hic se quondam juvenem de his rebus multum cogitasse ingenue fatetur, *μάλα τοι φάναι τὸν Περικλέα ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ ἡμεῖς τηλικοῦτοι ὄντες δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν, τοιαῦτα γὰρ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα οἷά περ καὶ σὺ νῦν ἐμοὶ δοκεῖς μελετᾶν.*

Praeterea Graecorum largus figurarum quae dispositionem et elocutionem ditabant, numerus notandus est, iam a primo artis initio abunde profluens, in immensum vero postea auctus ut totos libros qui de his solis tractarent, conscriberent, ex quibus nunc graeca Alexandri et scholia Phoebamonis non inutilia, item Aquilae Romani, Rutilii Lupi supersunt, qua in re id imprimis ut antiqua a recentioribus discernantur primoque reddantur inventori videndum; sed paucissima de auctoribus constant, plurima hucusque incerta, quamvis multa quin recte possint disceptari, equidem non dubitem. Constitutiones [*στάσεις*] quarum et numero et disquisitioni rhetores mirum quantam operam navabant, nostram graecorum aetatem nondum attingunt et in altera dissertationis parte accurate exponentur. Quod si quis censeat veteres illa schemata minus attendisse, cum apud Aristotelem frustra talia quaeruntur et ab aliis desiderantur [31]), in Anaximenis arte simplicissima et minime exornata, quaedam enumerari itemque in Phaedro figuras satis multas Siculorum perstringi in animum inducat.

---

30) Xenophon Memor. I. 2, 46. Ex saeculi sui ingenio dicit Callicles apud Plat. in Gorgia pag. 84 Bkk. *παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν ἄγαμαι καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον καὶ οὐδέ ποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος· ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι οὗτος ὁ ἀνήρ.* Conf. Respubl. pag. 300 Bkk. Theaetet. pag. 230.

31) Vid. Photius loco supra de Antiphonte laudato et pag. 487. Bkk. de Isocrate *οὐ μέντοι γε πολυσχήμων ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ ταῖς κατὰ τὸ σχῆμα τροπαῖς ποικιλλόμενος, διὸ καὶ δι' ἔνδειαν τῆς ἐν τούτοις μεταβολῆς οὐδ' ἐναγώνιος,* et de Andocide pag. 488, *ἔστι δὲ ἐν τούτοις ὁ ἀνὴρ ἁπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος.*

Orationis dispositiones, figurarumque apta et necessaria ratio a sophistis inventa plerisque probata ad novissima usque tempora diligenter tractata millies in scholis decantabantur; superiori demum et nostra aetate omnium rhetorum praecepta non modo non necessaria, sed meras nugas et ineptias esse sibi perspexisse videntur, cuius causa magis in rhetorice neglecta quam in minore horum utilitate quaerenda est; etenim ut qui hominum depingunt figuras, symmetriae leges et primarias corporis humani partes bene cognitas habere oportet, quibus aliae minores adaptentur, v. c. ut tres sint capitis aequales, quae ipsae in minores cadant divisiones, omniaque emensa egregie conveniant, et qui hac destituti sunt cognitione, nequidquam veritatem exprimere conantur cum haec totius picturae sint fundamenta: sic orator rem inventam in membra, ne gravioribus levia misceantur et ut oratio ad hominis figuram, in qua suo quidque invenitur loco, sit perfecta, disponat necesse est. Picturae menda si qua insunt, facilius videris, orationis vero errata, nisi multum in ea versatus es, sensu magis comprehendas; videre enim est cuiusque, paucorum sentire. Quare qui nullis est imbutus legibus et praeceptis, eloquentiam attingere potest, immo multa haud inepte elaborare, non minus quam vel sine symmetriae legibus recto adiutus sensu imaginem delineare valet; at qui in arte longius profectus est, innumerabilia quae vulgus harum rerum rude miratur, vituperabit. Sic optimo iure ex quo quae ad artem pertinent praecepta eloquentiae, neglecta et ut nugae ineptae grandi supercilio despiciuntur, nos ad recte orationem considerandam veterum criticorum mori impares esse dixeris, qui si interdum oratorem solemnem legem reliquisse aut aberrasse tradunt, tantum abest ut his consentiamus, ut qui nihil omnino de illorum principiis teneamus, mali sensus accusemus et regulis inanibus, artis provinciam sepsisse vocemus. Plato quem nemo oratorum leges nimium laudasse fateatur, non contemnit, immo si apto inhaerent loco, utilia esse agnoscit; at haec sola non sufficere nec omnem his contineri artem praeceptis monet. Quod si ut eloquentiae praecepta melius quam nunc fieri solet, attendantur, ex animo cupio, id de graeca veterum arte dictum volo, ne ista vilia illis prorsus ignota, quae vero

inepta sunt meritoque negliguntur, denuo me recoquere quis censeat.

Item notandus explicationum usus, exempla puta, quae res ut fieret aperta et dilucida postulabat; et initio quidem exempla quae testimoniorum locum obtinent, praeceptorum numerum facile superasse non est quod dubitemus; id etiam nunc in rebus quarum leges nondum satis expolitae sunt, animadvertimus. Quae utrum ex oratoribus probatis et poetis sint sumenda an artis scriptori de suo praestanda, auctor ad Herennium priore sententia refutata alteram probans, multis non indocte disserit; idem suis uti exemplis, praeter Graecorum esse consuetudinem tradit [32]). Ad ea quod attinet tempora, quae nos nunc perscrutamur, hunc non fuisse morem, audacter firmare possumus nec causa est obscura; posterioribus enim magna optimarum orationum copia, unde apta quaeque delibarent exempla, ad manus erat; priores vero publici plerique oratores, nisi de suo vel aequalibus suis, aliunde promere non poterant. Unde Coracem, Antiphontem aliosque dedisse dicamus; an ex Lysia Isocratem, ex hoc illum? Exempla fingere quae e re erant, nullius difficultatis, nec qui ad alios refugerent, dignum censebant; itaque vel in Anaximenis arte, ad Alexandrum quae vocatur, frustra talia quaeres, quod haud leve vetustatis libri indicium est; poetae enim unus locus, Euripidis, hoc non infirmat. Primus ni fallor erat Aristoteles, qui ipse non orator rhetorices leges ratione investigans, ex multis qui praecesserant scriptoribus egregiis exempla mutuatus est [33]); cuius morem ceteri omnes postea secuti sunt Graeci, quos auctor ad Herennium, non veteres illos, intelligit.

---

[32]) Lib. IV, 1. *Quoniam in hoc libro, Herenni, de elocutione conscripsimus et quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris usi sumus; et id fecimus praeter consuetudinem Graecorum, qui de hac re scripserunt; necessario faciendum est ut paucis rationem nostri consilii demus.*

[33]) Excidit semel exemplum I, 13. pag. 68, *καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει . . . καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ Ἀλκιδάμας*; at nihil sequitur ex Alcidamante, itaque lacunae sunt ponenda signa; sed nos infra locum ex graecis scholiis integrum restituemus. Interdum auctore non nominato verba laudantur v. c. III, 11. pag. 191,

Sed alia est quaestio num oratores ipsi poetarum frequenter sint usi locis, quod cum hi multo maiore essent laude ornati atque honore quam apud nos, non improbabile sit. Quae nunc supersunt, si inspexeris, posteriore demum aetate hoc frequentatum credas. Caeteris praestat Lycurgi oratio, quaedam Demosthenis et Aeschinis praebent controversiae; praeterea nihil invenies. Est autem magna orationum pars, quae nusquam talia illata habere possit. Qua enim ratione v. c. Isaeus probabiliter poetarum loca inculcare valuit? itaque casu magis accidisse videtur et iam ante hoc usu venisse docent quae Aristoteles Rhetor. 1, 15 pag. 75 de Cleophonte contra Critiam notavit. Ibi haec quoque leguntur: *πρόσφατοι δὲ [μάρτυρες] ὅσοι γνώριμοι κεκρίκασί τι· χρήσιμοι γὰρ αἱ τούτων κρίσεις τοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἀμφισβητοῦσιν, οἷον Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος ὃ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι.* Ruhnkenius Hist. crit. orat. pag. LXVII. cum Valkenario syllabam quae abundet tollens senarii finem *ἐπιδέδωκε τῇ πόλει* ex Platonis verbis eruit. Aristoteles poetae servaverit verba necne, mihi non liquit; sed si servavit, facile poetae numeros, non enim abundat *ἐν*, sed necessarium est, sic restituas:

ἐπιδέδωκεν ὁμολογεῖν ἐν τῇ πόλει
Εἶναι πονηρούς.

Interdum tacite quoddam fabulae argumentum vel orationem attingunt, cuius rei locum illustrem invenimus apud Andocidem contra Alcibiadem §. 23 pag. 153 Bkk. *ἄξιον δὲ τὴν τόλμαν αὐτοῦ σαφέστερον ἔτι διελθεῖν. ἐκ ταύτης γὰρ παιδοποιεῖται τῆς γυναικὸς ἣν ἀντ' ἐλευθέρας δούλην κατέστησε καὶ ἧς τὸν πατέρα καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπέκτεινε καὶ ἧς τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποίηκεν ὡς ἂν μάλιστα τὸν*

δεῖ δὲ ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι, εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθὲς καὶ μὴ ἐπιπόλαιον· ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν, οἷον ἀποθνήσκειν δεῖ μηδὲν ἁμαρτάνοντα, ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον. Τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον, ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον; prius ad Anaxandridae versum supra laudatum pertinet, alterum poetae incerti senarius videtur:

Τὴν ἀξίαν δὲ δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον.

υἱὸν ἐχθρὸν ἑαυτῷ καὶ τῇ πόλει ποιήσειε· τοσαύταις ἀνάγκαις κατείληπται μισεῖν· ἀλλ᾽ ὑμεῖς ἐν μὲν ταῖς τραγῳδίαις τοιαῦτα θεωροῦντες δεινὰ νομίζετε, γινόμενα δ᾽ ἐν τῇ πόλει ὁρῶντες οὐδὲν φροντίζετε. Respicit Andocides aperte ad Sophoclis locum in Aiace quo illa fere Tecmessa profert v. 485—524.

Nulla quidem integra nobis servata est eius aetatis de qua loquimur, ars, rara inde dispersa leguntur fragmenta, a nobis suo quaeque posita loco. Aristotelis enim libros nimium a priorum scriptorum artibus distitisse quam ut ex his de illis iudicium feramus, vel pauca illa quae ipse de sua et veterum prae se fert ratione docent. Est tamen simile quid illis magis adaptatum, quo ut rectius de prioribus iudicemus non inane utamur, ῥητορικὴν dico πρὸς Ἀλέξανδρον quae vulgo fertur. Haec multa veterum technicorum paucis comprehendens reddit et utinam ubique quid aliis et cui et quid auctori debeamus, docere possimus. Anaximenem esse auctorem elegans et probabilitatem excedens est Petri Victorii coniectura [34]), a nobis novo argumento infra de Isocrate firmata, quam ante Aristotelis τέχνην editam esse, postea ostendere aggrediamur.

Studium et gloria eloquentiae quamvis non commune esset Graeciae, sed proprium Atheniensium [35]), primam tamen artificii originem neque Athenis neque in alia Graeciae civitate natam, sed aliunde illuc translatam, quae artem admodum ibi recentem et pullulantem valde augeret, inveneris. Nec mirum solis Atheniensium muris postea veram fuisse clausam eloquentiam, reliquas vero ad unam omnes in illius gloriae societatem nunquam esse admissas. Quis enim est qui non videat huius rei causam in ipso latere Atheniensium populo eiusque libera vivendi ratione diversa et contraria administrandi formae ceteris, Doribus et Aeolibus, praelatae? Ipsa enim aristocratia rhetorices fines non coercet solum, sed veluti exitium et optimatium status perniciem quovis modo eam ingruentem remo-

---

34) Conf. Spalding ad Quintil. tom. I. pag. 455 seqq. Buhle ad Aristotel. tom. V. pag. VII.

35) Taylor Vita Lysiae pag. 103 R. Ruhnken. histor. crit. pag. XXXVI.

vet, illatam deprimit. Neque iniuria; hac enim arte admissa quae cuivis quaevis probabilia reddere studet homines que in loquentis sententiam trahere, illa regendi civitatem forma vetera a maioribus accepta instituta religiosissime servans nec unquam ab his decedens nihilque novi vel si vera eius eluceat utilitas inferens, funditus evertitur, quo factum ut cum artem sculptoriam, pictoriam aliasque reliqui Graeci non minus foverent, oratoriam, ne quid inde detrimenti caperent, prorsus respuerent [36]). Populus vero iis quae possidet non contentus, inveniendi et probabiliter diiudicandi facultate adiutus et quae ab eo inventa et diiudicata sunt, perficere cupidissimus, audacia et spe vel rebus infeliciter gestis non destitutus neque malo a generosis consiliis persequendis deterritus, nihil maiore studio et amore potest amplecti quam artem, quae omnium maxime ad gloriam incendit, multitudinem implet ingenti exspectatione et innumeras ad persuadendum et disceptandum causas atque rationes quasi digitis bene ornateque enumerare docet.

Quod si quis erit qui dicat haec non opus esse nec multum desiderari cum certae res privatae et causae a singulis inter se actae campum quo sese exerceat orator, satis latum praebeat, ne haec iudicialis quidem eloquentia ubique patuit, et si quid lucri tantum gratia agimus, id neque ea curamus solertia neque ea fere fortuna et successu quam si utilitas quae ex nostro profluit studio, non uni alterive, sed toti conducit civitati, nosque ipsi quod illic raro vel nunquam fieri solet, honore et merita laude digni habemur. Vera autem eloquentia et libertatis socia et alumna est, quae si occiderit, oratori provincia sua sublata est [37]).

Quod si quaerimus unde ars oratoria sit egressa, Siciliam esse patriam, qui de hac re aliquid tradunt, omnes uno conclamant ore, cuius veritas apparet nec auctoritate indiget;

---

36) Sic tringinta virorum caput, Critias, [Xenoph. Memor. I, 2, 31] *ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν*; et Sextus Empir. adv. Rhetores pag. 292 seqq. Academiae philosophos, ab optima quaque civitate oratores expulsos esse, opprobrio rhetoribus vertisse tradit.

37) Vid. ignoti philosophi auctori aequalis verba de hac re apud Longinum *περὶ ὕψους* cap. 44. pag. 148. W.

haec enim Graecorum colonia, et imprimis Syracusae, felici usa fortuna brevi maiorem animi cultum nacta est, ideoque non in hac, sed aliis item artibus caeteros longe praecessit. Et ad loquendi facultatem Empedoclem primum quaedam contulisse ex Aristotele[38]) notatum est; ut enim graecae sophistices origo ex Ionum ducta philosophia, ita haud scio an Siculae initium ex Italorum placitis tum iam satis notis exierit: inde fieri potuit ut, quod de Gorgia certo constat, Empedocles vir in paucis eruditus, qui talia non despiceret, etiamsi ipse de arte oratoria libros non ediderit, Coracem aliosque rhetorices praeceptis imbueret. Democratiam restitutam maior et dicendi et agendi secuta est libertas simulque novo civitatem regendi more inducto, qua eloquentiam multum in foro frequentatam magna laude dignam existimarent, rationem praeceptionis ad exercitationem accomodarent atque omnem ingenii vim et studium ad causas disceptandas converterent, opportuna exstitit occasio. Veteres enim agrorum possessores regum imperio iam repudiato res suas quae in tyrannorum venerant dictionem, repetentes haud parvam litium copiam inferebant, unde, ni magnopere fallor, evenit ut generi iudiciali inprimis faverent, artisque inventores, quem Siculorum morem Graeci quoque ad Isocratis et Aristotelis usque tempora servabant (et multo post Apollodorus denuo solis iudicialibus contentus fuit), hoc necessitate maxime flagitatum solum utroque et deliberativo et demonstrativo neglecto in libris explanarent. Tum primum Coracem Syracusanum artis praecepta composuisse auctor gravissimus est Aristoteles[39]). In prolegg. in Hermog. res haec multis narratur; locus longior quidem sed dignus

38) Diogen. Laert. VIII, 57 *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν*; rectius apud Sext. Empir. pag. 370. *Ἐμπεδοκλέα μὲν γάρ φησιν ὁ Ἀριστοτέλης πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι* et apud Quintil. III, 1 pag. 212. Burm. *Nam primus post eos quos poetae tradiderunt movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur*; et Arist. de sophist. elench. pag. 638. *Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους* vix alios quam Empedoclem et Coracem in mente habuisse videtur. Conf. Sturz Fragm. Emped. pag. 28. Manso pag. 11.

39) Cicero in Bruto cap. 12. *Pacis est comes otiique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia. Itaque*

qui in plurium lectorum veniat manus; itaque integrum exhibuimus.

Ἀλλ' ἵνα γνῶμεν τὴν ἀρχαίαν αὐτῆς ὕπαρξιν, πάντως τίνα περιστατικὰ ζητήσωμεν κεφάλαια, πρόςωπον, τόπον, χρόνον, τρόπον, αἰτίαν. Περιστατικὰ δὲ λέγονται παρὰ τὸ περιΐστασθαι αὐτὰ ἑκάστῳ πράγματι· ταῦτα δὲ δι' ἱστοριῶν ὑφηγησώμεθα:

Γέλα πόλις ἐστὶ Σικελίας· ταύτης τύραννος ἐγένετο Ἱπποκράτης τις· τούτων πέρι δυναστεύουσι [i. e. *τούτου παραδ.*] *δύο τινὲς Γέλων καὶ Ἐναίσιμος. Καὶ δὴ ἀποθανόντος τοῦ Ἱπποκράτους ἐπεθύμησαν οὗτοι οἱ παραδυναστεύοντες τῆς τυραννίδος, καὶ ὁ μὲν Ἐναίσιμος ἔρχεται εἰς τὴν Ῥόδον κἀκεῖ τυραννεῖ τῶν ἰδίων πολιτῶν· ἦν γὰρ ῥόδιος· ὁ δὲ Γέλων ἔμεινε βασιλεύων ἐν τῇ Γέλᾳ τῇ πόλει. Ὕστερον δὲ εἰς εὐτυχίαν τῆς τυραννίδος αὐτῶν καὶ τῶν πραγμάτων καταστα-θέντων, οὐκέτι ἔμεινεν ἐν τῇ πόλει τῇ Γέλᾳ, ἀλλ' ἔρχεται ἐν τῇ Συρακούσσῃ, ἔστι δὲ ἡ Συράκουσσα μητρόπολις τῆς Σικελίας, κἀκεῖ διέτριβε τυραννῶν. Μετὰ θάνατον τοῦ Γέλωνος ἐτυράννησεν Ἱέρων, οἱ δὲ λέγουσιν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἄλλοι λέγουσιν ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Παρεδυνάστευε δὲ τούτων ΚΟΡΑΞ τίς. Οὗτος ὁ Κόραξ, ὅπερ ἂν ἐβούλετο παρὰ τῷ βασιλεῖ μεγάλως ἠκούετο.*

Μετὰ θάνατον τούτου τοῦ Ἱέρωνος τυραννεῖσθαι οὐκ ἔτι ἤθελον οἱ Συρακούσσιοι· λέγεται γὰρ ὅτι τοσοῦτον ὠμότητι ἐχρήσαντο κατ' αὐτῶν, ὥστε προστάξαι τοῖς Συρακουσσίοις μηδὲ φθέγγεσθαι τὸ παράπαν, ἀλλὰ διὰ ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ ὀμμάτων σημαίνειν τὰ πρόσφορα, καὶ ὧν ἂν τις ἐν χρείᾳ γένοιτο· ἔνθεν καὶ τὴν ὀρχηστικὴν λαβεῖν τὰς ἀρχάς· τῷ γὰρ ἀποκεκλεῖσθαι λόγου τοὺς Συρακουσσίους ἐμηχανῶντο σχήματι δεικνύειν τὰ πράγματα. Δεδιὼς οὖν ὁ τῶν Συρακουσσίων δῆμος μή πως εἰς ὅμοιον ἐμπέ-

---

ait Aristoteles, quum sublatis in Sicilia tyrannis res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur, tum primum quod esset acuta illa gens et controversa natura, artem et praecepta Siculos CORACEM et TISIAM conscripsisse; nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto dicere, scriptasque fuisse et paratas a PROTAGORA rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci. Conf. Taylor ad Lys. vit. pag. 110 R. Heindorf ad Phaedr. pag. 356.

σοι τύραννον οὐκ ἔτι τυράννῳ τὰ πράγματα κατεπίστευσαν. Λοιπὸν ἐγίνετο δημοκρατία πάλιν ἐν τοῖς Συρακουσσίοις καὶ ἤθελεν οὗτος ὁ Κόραξ πείθειν καὶ τὸν ὄχλον, καὶ ἀκούεσθαι καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἱέρωνος ἠκούετο· σκοπήσας δὲ ὡς ὁ δῆμος ἀστάθμητον καὶ ἄτακτον πέφυκε πρᾶγμα καὶ ἐννοήσας ὅτι λόγος ἐστὶν ᾧ ῥυθμίζεται ἀνθρώπου τρόπος, ἐσκόπησε διὰ λόγου ἐπὶ τὰ πρόσφορα τὸν δῆμον καὶ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν. Εἰσελθὼν οὖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ᾗ ὁ πᾶς συνηθροίσθη δῆμος, ἤρξατο λέγειν πρότερον θεραπευτικοῖς καὶ κολακευτικοῖς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θορυβῶδες καταπραῧναι τοῦ δήμου, ἅτινα καὶ προοίμια ἐκάλεσε· μετὰ δὲ τὸ καταπραῧναι καὶ κατασιγῆσαι τὸν δῆμον ἤρξατο περὶ ὧν ἔδει συμβουλεύειν τῷ δήμῳ καὶ λέγειν ὡς ἐν διηγήσει καὶ μετὰ ταῦτα ἀνακεφαλαιοῦσθαι καὶ ἀναμιμνήσκειν ἐν συντόμῳ περὶ τῶν φθασάντων καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγειν τὰ λεχθέντα τῷ δήμῳ ἅπερ ἐκάλεσε προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας, παρέκβασιν, ἐπίλογον· διὰ τούτων γὰρ ἐμηχανεῖτο τὸν δῆμον πείθειν καθάπερ ἕνα ἄνθρωπον. Προοίμιον δὲ λέγεται τὸ προτιθέμενον τοῦ λόγου· οἶμος γάρ ἐστιν ἡ ὁδός, διήγησις ἔνθα τις τὴν τοῦ πράγματος ποικιλίαν διηγεῖται, ἀγῶνες δὲ ἔνθα παράγει δι' ἐναγῶν [i. e. ἐναγωνίων] ἀποδείξεων ὁ ἐπιδεικνύμενος ὅτι ἀληθεύει· παρέκβασις δέ ἐστιν ἡνίκα τις πρὸς ἐπικουρίαν τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῦ, πειρώμενος δεῖξαι ὅτι ἀληθεύει καὶ τὰ τοῦ πράγματος διηγεῖται· ἐπίλογος δὲ ἡ ἀνακεφαλαίωσις τῶν καιρίων πραγμάτων τῶν προστεθέντων ἐν τῷ λόγῳ· ταῦτα δὲ διὰ παραδείγματος σαφηνίσωμεν· προοίμιόν ἐστιν ὡς ὅταν τὶς ἐξευμενιζόμενος τοὺς δικαστὰς κατά τινος ποιούμενος τοὺς λόγους εἴπῃ: ἄνδρες δικασταὶ καὶ ὅσα ἕτερά εἰσιν ἐξευμενιζόμενα τοὺς δικαστάς· διήγησις δέ ἐστιν ὡς ὅταν εἴπῃ κατηγορῶν τοῦ τυχόντος ὅπως παρηκολούθησαν τὰ κατ' αὐτὸν οἷον χρυσὸν παρακατεθέμην τῷ δεῖνι καὶ βούλεταί με τούτου στερίσκειν· καὶ ἁπλῶς διήγησίς ἐστιν ἡνίκα τις διηγεῖται τὴν τοῦ πράγματος ὑπόθεσιν· ἀγῶνες δέ εἰσιν ὅταν ὁ κατηγορῶν ἀγωνίζηται δεῖξαι ἀληθῆ τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα· παρέκβασις δέ ἐστιν ἡνίκα παρεξέρχεται τοῦ πράγματος καὶ φέρε εἰπεῖν διηγεῖται καὶ τὴν προτέραν τοῦ ἐναγομένου διαγωγὴν πειρώμενος δεῖξαι αὐτὸν καὶ

πρὸ τούτου κάκιστον ὑπάρχοντα. ἐπίλογος δέ ἐστι τῶν καιρίων πραγμάτων ἀνακεφαλαίωσις. πέντε δέ εἰσί τινα περιστατικὰ ἑκάστου πράγματος· ταῦτα δὲ διὰ τῆς ἱστορίας καὶ ἐπὶ τῆς ῥητορικῆς ἐμάθομεν, πρόσωπον, τὸν Κόρακα τὸν ἐφευρόντα τὴν ῥητορικὴν, τόπον, τὴν Σικελίαν, χρόνον ὅτι μετὰ θάνατον Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος ἐφεῦρεν ὁ Κόραξ τὴν ῥητορικὴν, τρόπον, τὰ μέρη τὰ πέντε τοῦ λόγου, αἰτίαν διὰ τὸ πεῖσαι ὡς ἕνα ἄνθρωπον.

Οὗτος ὁ Κόραξ οὐ φθόνῳ κρατούμενος τὴν τῆς ῥητορικῆς κηρύττει διδασκαλίαν· πάντας διδάσκειν ἐπαγγελλόμενος ἐπὶ ὡρισμένων ποσῶν. ΤΙΣΙΑΣ[40]) δέ τις ἀκούσας ὅτι τὸ πείθειν ἐπαγγέλλεται διδάσκειν ἡ ῥητορικὴ, προσέρχεται αὐτῷ ὡς μαθεῖν βουλόμενος τὴν τέχνην καὶ δὴ πᾶσαν εἰς ἄκρον διδάσκεται· στερίσκειν δὲ ἐπεχείρει τὸν Κόρακα τοῦ μισθοῦ, διὸ καὶ δικαςήριον συνεκροτήσθη· ἐν δὲ τῷ δικαςηρίῳ φησὶν ὁ Τισίας πρὸς τὸν Κόρακα τῷ διλημμάτων σχήματι χρησάμενος· διλημμάτων δὲ σχῆμά ἐστι λόγος ἐκ δύο προτάσεων ἐναντίων τὸ αὐτὸ πέρας συνάγων. Ὦ Κόραξ, τί ἀπηγγείλω διδάσκειν; ὁ δὲ Κόραξ φησὶ τὸ πείθειν ὃν ἂν θέλῃς· πρὸς ταῦτα δὲ ὁ Τισίας εἰ μὲν τὸ πείθειν με ἐδίδαξας, ἰδοὺ πείθω σε μηδὲν λαμβάνειν· εἰ τὸ πείθειν με οὐκ ἐδίδαξας, καὶ οὕτως οὐδέν σοι παρέχω, ἐπειδὴ οὐκ ἐδίδαξάς με τὸ πείθειν. Πρὸς ταῦτα λέγουσι φῆσαι τὸν Κόρακα τῷ αὐτῷ σχήματι χρησάμενον· εἰ μὲν τὸ πείθειν διδαχθεὶς πείθεις με μὴ λαβεῖν, δοῦναι ὀφείλεις τὸν μισθὸν ὡς διδαχθεὶς τὸ πείθειν· εἰ δὲ καὶ πάλιν οὐ πείθεις με μὴ λαβεῖν, καὶ οὕτως ὀφείλεις δοῦναι τὸν μισθόν· οὐδὲ γὰρ ἔπεισάς με τοῦ μὴ λαβεῖν τὸν μισθόν. Πρὸς ταῦτα οἱ δικασταὶ ἀντὶ ψήφου εἶπον· κακοῦ

---

40) Diligentius auctor apud Fabricium bibl. gr. tom. IX. pag. 591: *Τισίας δέ τις μαθεῖν ἐθέλων καὶ ἰδὼν ὡς πολλοὺς εἰςπράττεται μισθοὺς τῆς διδασκαλίας, προςλέγεται αὐτῷ οὕτως: μαθεῖν μὲν ὦ Κόραξ ἐθέλω, νῦν δὲ μισθοὺς οὐκ ἔχω, ἀλλὰ μαθὼν ἀποτίσω διπλούς· ὁ δὲ φιλανθρώπως φερόμενος ἐδίδαξεν αὐτόν· ἐκεῖνος δὲ μαθὼν ἠγνωμόνησεν καί φησιν: λέξον μοι, Κόραξ, τὸν τῆς ῥητορικῆς ὅρον· ὁ δέ φησιν ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργός· ὁ δὲ Τισίας δικάσομαί σοι οὖν, φησὶ, περὶ τῶν μισθῶν κ. τ. λ.*

κόρακος κακὰ ᾠά· ὥσπερ γὰρ ὁ κόραξ καὶ τὰ τούτου ᾠὰ ἄχρηστα ἡμῖν εἰσι πρὸς βρῶσιν, οὕτως καὶ ὑμεῖς ἄχρηστοί ἐστε πρὸς διοίκησιν πραγμάτων διὰ τὴν ἄκραν δεινότητα. ἢ οὕτως, ὥσπερ οἱ νεοττοὶ τῶν κοράκων βρῶσιν ἱκανὴν παρὰ τῶν γονέων μὴ λαμβάνοντες τοὺς γονεῖς ἐσθίουσιν, οὕτως καὶ ὑμεῖς ἀλλήλους ἐσθίετε. Λέγουσι δέ τινες ὅτι προϋπῆρχεν αὕτη ἡ παροιμία καὶ προσφόρως οἱ δικασταὶ αὐτῇ ἐχρήσαντο.

Ὁ Τισίας δὲ ἐκεῖνος ἀπελθὼν ἤρξατο διδάσκειν καὶ πλατύνειν τὴν ῥητορικήν· ΓΟΡΓΙΑΣ δέ τις Λεοντῖνος, Λεοντῇ δέ ἐστι πόλις τῆς Σικελίας, μαθητεύει τῷ Τισίᾳ καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἴκαδε.

Εἴπωμεν δὲ καὶ πῶς ἐν Ἀθήναις ἤκμασεν ἡ ῥητορική. γενομένου πολέμου μεταξὺ Λεοντίνων καὶ ἄλλων ἐπιχωρίων, ἐδεήθησαν οἱ Λεοντῖνοι συμμαχίας τῶν Ἀθηναίων, καὶ δὴ βουλεύονται τίνα ὤφελον στεῖλαι ἱκανὸν πρὸς αὐτοὺς καὶ πέμπουσι τὸν Γοργίαν πρὸς Ἀθηναίους ὡς εἰδότα τὸ πείθειν. Ἐλθόντος δὲ Γοργίου εἰς τὰς Ἀθήνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥστε ἡνίκα ἐπεδείκνυτο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἄπρακτον ἐποίουν Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπάδας τοὺς λόγους αὐτοῦ ὠνόμασαν· κατέσχον δὲ αὐτὸν ἐν Ἀθήναις καὶ συμμαχίαν πέμψαντες ἐν τῇ Λεοντίνων· κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαπρεψάντων ἐάσαντες αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν, τὴν ῥητορικὴν ἐπαιδεύοντο· διόπερ φασὶ καὶ Πλάτωνα διαφθονοῦντα ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ποιῆσαι [δὲ] Γοργίαν τὸν διάλογον, ἐν ᾧ πολλὰ κατατρέχει τῆς ῥητορικῆς.

Eadem haec eis ab aliis [41]) Protagorae et Euathlo eius discipulo afficta legitur nec pauci erunt, qui vel ideo, ut multa alia, sic totam hanc narrationem, antiquis non memoratam improbabunt fabulasque recentiorum fertilitate inventas praeberi clamabunt. Sed proverbium illud etiam Cicero agnoscit [42]) et de arte quae praedicantur, qua vera esse negemus, nullam

[41]) Diog. Laert. IX, 56; Apulejus Flor. IV, 18; Gellius V, 10; Quintil. III, 1. pag. 213; conf. Fabric. ad Sext. Empir. 306.

[42]) De Orat. III, 21. *Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido qui evolent, clamatores odiosi ac molesti.*

probabilem video rationem, vox ipsa *προοίμιον* peregrina aliunde Athenas deportata, denique acumen quod in hac causa apparet nullo modo Siculis eripi velim; aliud non dissimile eiusdem Coracis et Tisiae, Platonis confirmatum auctoritate, infra videbimus. Hic cum iam *τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν* quod Protagoras primus [43]) produxisse et professus dicitur, tam clare eluceat, ut alii totam hanc causam, illius rei non ineptum exemplum, ex Siculis in hunc Graecum transferrent factum videtur. Dubiosum vero hoc argumentum et quod explicabile visum, temporis spatium adiectum solvit et discindit; nimis diu enim Tisias Coracis auditor et assectator fuit, ut in studio quidem facundiae abunde promoveret, causas tamen non reciperet tempusque iam longum transcurreret. Monet hoc Sopater qui ipse Siculos tradit, his verbis ad Hermog. pag. 59:

Ἐν δὲ τῷ ἀναστρέφοντι ἐν ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ καιρῷ συμβαίνει τό ἐναντίωμα· ὅμοιον τούτῳ καὶ τὸ κατὰ ΚΟΡΑΚΑ καὶ ΤΙΣΙΑΝ καὶ ὁ κροκοδειλίτης, ἀλλὰ καὶ τὸ τοιοῦτο πλάσμα. Μάντεως θυγάτηρ ὑπὸ λησταῖς ἐγένετο· ἦλθεν ὁ μάντις αἰτῶν τὴν παῖδα· οἱ δὲ ὤμοσαν αὐτῷ δώσειν εἰγ' ἀληθῆ μαντεύσαιτο περὶ τοῦ πότερον λήψεται ἢ οὔ· οὐ λήψομαι, ἔφη, καί βουλεύονται οἱ λησταί· εἰ γὰρ δοῖεν αὐτῷ τὴν κόρην, ψευδομένῳ δώσουσιν, ἔφη γάρ, οὐ λήψομαι· εἰ δὲ μή δοῖεν, οὐκ εὐορκήσουσιν ἀληθεύοντι μή πληροῦντες ὑποσχέσεις· σύσταίη δ' ἂν ταῦτα πάντα τὸν ἐκ τοῦ χρόνου λαβόντα διορισμὸν, οἷον κατὰ Ἀλεξάνδρου ὄνειρον [quod exemplum Hermog. dederat] *οὕτως: ὄνειρον Ἀλέξανδρος εἶδεν τοῖς μετὰ ταῦτα ὀνείροις ἢ τοῖς μεθ' ἡμέραν μὴ πιστεύει· τὸ δὲ κατὰ Τισίαν καὶ Κόρακα, εἰ λέγοι εἰ εἴσω τῶν δύο ἐτῶν νικήσω τὴν πρώτην δίκην, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ μάντεως, εἰ εἴποι σήμερον δὲ οὐκ ἀποδοίητε, αὔριον δέ.*

Postquam Gelon decesserat, Hiero imperium accepit [44]) Olymp. LXXX, 3, qui ipse teste Diodoro, obiit Olymp. LXXVIII, 2; vix paucos menses regnum tenuit Thrasybulus,

43) Aristotel. Rhet. II, 24 pag. 156. *καὶ τὸ τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν τοῦτ' ἐστὶ, καὶ ἐντεῦθεν δικαίως ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα.* Quintil. II, 16 pag. 186.

44) Bentleii opusc. philolog. pag. 44. Lips.

ut eloquentiae artificiosae initium, si inde ab Olymp. LXXVIII, 3 vel 4, ponamus, dubio exemtum videatur.

Princeps erat Corax qui artem rhetoricam (*τέχνην ῥητορικήν*) scriptam reliquit tanta fortuna, ut rem quam defendendam suscepisset, veram aut probabilem certe redderet omnesque, qui secuti sint, ad Aristotelem usque ex eius starent vestigiis; et hic quidem de Sophist. Elench. cap. 34 qui prima invenissent principia non multum praestitisse dicit, *οἱ μὲν τὰς ἀρχὰς εὑρόντες παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον*, at idem nec ceteros magni quidquam addidisse momenti refert et sibi solus artem rhetoricam docuisse videtur; illos enim quae extra rem essent modo tractasse, rem ipsam parum tetigisse. Quod nimium a philosophis a foro alienis castigatum neque inscitia neque malignitate, sed iudicio et intellectu factum est; totus enim oratoris labor illuc tendere debet, ut quem sibi proposuerit finem, assequatur, id est ut iudices vel auditores, apud quos verba facit, in suam trahere sententiam iisque persuadere annitatur, quare cum omnis oratio fiat ad homines qui de re disceptanda iudicium ferentes industriam dicentis aut probabunt aut condemnabunt, non modo haec argumentis firmanda sed in illis apud quos agit, ut ipsi est utile, fingendis, judicum auribus accommodata proferenti magnum erit studium ponendum. Cuius rei necessitas Aristoteli etiam perspecta[45]) eloquentiae inventores ut conformationem et ornatum orationis non minus quam argumentorum vim observarent, hominumque mores quod multum conducebat, qua essent ratione tractandi, attenderent et leges atque praecepta, sine quibus stare non poterant, subtiliter excogitata conderent, movit. Socrates quidem apud Platonem cum Phaedro de Corace et Tisia disputans, ipsorum ut videtur verbis quae docendi modum egregie explicant, haec pronuntiat pag. 92 Bkk: *Φασὶ τοίνυν οὐδὲν οὕτω ταῦτα δεῖν σεμνύνειν, οὐδ' ἀνάγειν ἄνω μακρὰν περιβαλλομένους· παντάπασι γὰρ ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε*

[45]) Rhetor. II, 1. pag. 81 *ἐπεὶ δ' ἕνεκα κρίσεώς ἐστιν ἡ ῥητορική· καὶ γὰρ τὰς συμβουλὰς κρίνουσι καὶ ἡ δίκη κρίσις ἐστίν· ἀνάγκη μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾷν ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ποιόν τινα καὶ τὸν κριτὴν κατασκευάζειν.* conf. Quint. III, 2. pag. 220.

τοῦ λόγου ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν πέρι πραγμάτων ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ, τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι· τὸ παράπαν γὰρ οὐδὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις τούτων ἀληθείας μέλει οὐδενὶ, ἀλλὰ τοῦ πιθανοῦ· τοῦτο δ' εἶναι τὸ εἰκός ᾧ δεῖν προςέχειν τὸν μέλλοντα τέχνῃ ἐρεῖν· οὐδὲ γὰρ αὖ τὰ πραχθέντα δεῖν λέγειν ἐνίοτε ἐὰν μὴ εἰκότως ᾖ πεπραγμένα, ἀλλὰ τὰ εἰκότα ἔν τε κατηγορίᾳ καὶ ἀπολογίᾳ· καὶ πάντως λέγοντα τὸ δὴ εἰκὸς διωκτέον εἶναι, πολλὰ εἰπόντα χαίρειν τῷ ἀληθεῖ· τοῦτο γὰρ διὰ παντὸς τοῦ λόγου γιγνόμενον τὴν ἅπασαν τέχνην πορίζειν. Itaque omnis horum ars *ἐκ τοῦ εἰκότος* constitit; sed quidquid Plato contradicit[46]), nunquam orator illud *εἰκὸς* sibi eripi patietur. Cum enim in causis raro veritas certo appareat, ut haec sola per se alterum adiuvet, alterum plane destituat nec amplius iudicibus sit diiudicandum, semper ad probabile, *τὸ εἰκός* istud refugiendum est[47]). Iudices autem in quacunque re dubia id quod accidisse verisimile est perpendunt atque inde discernunt; quod a veri similitudine abhorret neque ullam probabilitatis speciem continet, etiamsi verum esse possit, raro accipiunt, quod cum acuti illi Siculi attendissent, hanc *ἰδέαν* non sine causa fusius in libris tractabant; lubentissime enim audiunt homines quippe quae ipsorum sensui et opinioni quam fovent, optime congruit. Tres vero species Anaximenes cum quid sit *τὸ εἰκὸς* explicuisset, quarum origo

---

46) Plato in Phaedone pag. 75. Bkk. *πολὺ μᾶλλον ἔφη ἐκεῖνον ὦ Σώκρατες· ὅδε μὲν γάρ μοι γέγονεν ἄνευ ἀποδείξεως μετὰ εἰκότος τινὸς καὶ εὐπρεπείας, ὅθεν καὶ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ ἀνθρώποις· ἐγὼ δὲ τοῖς διὰ τῶν εἰκότων τὰς ἀποδείξεις ποιουμένοις λόγοις ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσι καὶ ἄν τις αὐτοὺς μὴ φυλάττηται, εὖ μάλα ἐξαπατῶσι καὶ ἐν γεωμετρίᾳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ὁ δὲ περὶ τῆς ἀναμνήσεως καὶ μαθήσεως λόγος δι' ὑποθέσεως ἀξίας ἀποδέξασθαι εἴρηται.* conf. Sympos. pag. 422, Legg. pag. 281, Respubl. pag. 77, 72, 481 in primis quae, nescio cuius, ferunt vestigia rhetoris, pag. 72 seq. leguntur et totus *ἐρωτικὸς* Lysiae *ἐκ τῶν εἰκότων* constat.

47) Demosthenes *πρὸς Ἄφοβον* pag. 847 R. *βούλομαι δὲ ταύτην ὡς ἐστὶν ἀληθής, ἐπιδεῖξαι σαφῶς πᾶσιν ὑμῖν οὐκ ἐξ εἰκότων, οὐδὲ λόγων πρὸς τὸ παρὸν μεμηχανημένων, ἀλλ' ἐκ τοῦ παρὰ πᾶσιν ὑμῖν δόξαντος ὡς ἐγὼ νομίζω δικαίου.* conf. pag. 851. Isocratis Nicocles § 11. pag. 31 Bkk.

fortasse ipsum Coracem attingit, distinguit pag. 61 Buhle[48]; *διαιροῦμεν δὲ αὐτὸ εἰς τρεῖς ἰδέας· μία μὲν οὖν ἐστι τὸ τὰ πάθη τὰ κατὰ φύσιν ἀκολουθοῦντα, τοῖς ἀνθρώποις παραλαμβάνειν ἐν τῷ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι οἷον ἐὰν τύχωσί τινες καταφρονήσαντές τινα ἢ δείσαντες ἢ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρᾶγμα πολλάκις πεποιηκότες ἢ πάλιν ἡσθέντες ἢ λυπηθέντες ἢ ἐπιθυμοῦντες ἢ πεπαυμένοι τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ πλουτοῦντες ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πεπονθότες πάθος ταῖς ψυχαῖς ἢ τοῖς σώμασιν ἤ τινι τῶν ἄλλων αἰσθήσεων οἷς συμπάσχομεν. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κοινὰ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὄντα πάθη γνώριμα τοῖς ἀκούουσίν ἐστι· τὰ μὲν οὖν κατὰ φύσιν τοῖς ἀνθρωπίνοις εἰθισμένα γίνεσθαι τοιαῦτά ἐστιν, ἅ φαμὲν δεῖν συμπαραλαμβάνειν ἐν τοῖς λόγοις. ἕτερον δὲ μέρος ἐστι τῶν εἰκότων ἔθος ὃ κατὰ συνήθειαν ἕκαστοι ποιοῦμεν· τρίτον δὲ κέρδος· πολλάκις γὰρ διὰ τούτου τὴν φύσιν βιασάμενοι καὶ τὰ ἤθη, προειλόμεθα πράττειν.*

Et haec quidem scite excogitata nec dubito quin Anaximene multo latius, qui breviter modo res indicare solet, priores explicuerint, totum vero hoc caput valde memoratu dignum; singula enim et accusanti et defendenti *ἐκ τοῦ εἰκότος* sumpta praecepta sequuntur quae in primis rhetorum astutiam docent, itaque omnes egregium hunc locum apud auctorem ipsum, quo magis dictorum veritatem sentiant, inspicere velim. Quae ad rectam viam in ordinem suum reducuntur, si quibus hoc vel illud fieri debebat, adduntur causae, hoc est, si non *ἁπλῶς* est *εἰκὸς* vel *μὴ εἰκὸς*, ut Aristotelis utar verbis, sed *κατά τι* quod veteres ipsi non negligebant sed alteri parti quae sese defendit atque accusationem refellere studuit, reservabant, quare ne sycophantiae sit locus statim haec requirit Aristoteles. Corax enthymemata captiosa adversario obiiciens, conditiones quae appositae dolum discuterent, rem explanarent facultatemque fallendi eriperent, sedulo et callide siluit, et rem tam dextre tractavit ut plerumque crimina et argumenta quibus ipse refutaretur adversarius, suppeditare cogeret; haec legimus apud Aristotelem Rhetor. II, cap. 24, pag. 156:

---

48) Conf. Quint. V, 10. pag. 399 Burm.

ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριστικῶν τὸ κατά τι καὶ πρός τι καὶ πῇ οὐ προστιθέμενα ποιεῖ συκοφαντίαν, καὶ ἐνταῦθα παρὰ τὸ εἰκὸς εἶναι μὴ ἁπλῶς, ἀλλά τι εἰκός. Ἔστι δ' ἐκ τούτου τοῦ τόπου ἡ ΚΟΡΑΚΟΣ τέχνη συγκειμένη[49]*. ἄν τε γὰρ μὴ ἔνοχος ᾖ τῇ αἰτίᾳ οἷον ἀσθενὴς ὢν αἰκίαν φεύγει· οὐ γὰρ εἰκός· κἂν ἔνοχος ὢν οἷον ἂν ἰσχυρὸς ὤν· οὐ γὰρ εἰκὸς, ὅτι εἰκὸς ἔμελλε δόξειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἢ γὰρ ἔνοχον ἀνάγκη ἢ μὴ ἔνοχον εἶναι τῇ αἰτίᾳ· φαίνεται μὲν οὖν ἀμφότερα εἰκότα· ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰκός· τὸ δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται.*

Aristotelem si exempla dat, non de suo haec promere, sed aliunde sumpta laudare omnibus notum; idem in nostro evenit loco; illa enim *οἷον ἀσθενὴς ὢν* et *οἷον ἰσχυρὸς ὢν* ad causam aliquam pertinent, quae Tisiae nomine in Phaedro asservata legitur pag. 93 Bkk.

ΣΩ. . . . εἰπέτω τοίνυν καὶ τόδε ἡμῖν ὁ Τισίας μή τι ἄλλο λέγει τὸ εἰκὸς ἢ τὸ τῷ πλήθει δοκοῦν.

ΦΑΙ. Τί γὰρ ἄλλο;

ΣΩ. Τοῦτο δὴ ὡς ἔοικε σοφὸν εὑρὼν ἅμα καὶ τεχνικὸν ἔγραψεν ὡς ἐάν τις ἀσθενὴς καὶ ἀνδρικὸς ἰσχυρὸν καὶ δειλὸν συγκόψας, ἱμάτιον ἤ τι ἄλλο ἀφελόμενος εἰς δικαστήριον ἄγηται, δεῖ δὴ τἀληθὲς μηδέτερον λέγειν, ἀλλὰ τὸν μὲν δειλὸν μὴ ὑπὸ μόνου φάναι τοῦ ἀνδρικοῦ συγκεκόφθαι, τὸν δὲ τοῦτο μὲν ἐλέγχειν ὡς μόνω ἤστην, ἐκείνῳ δὲ καταχρήσασθαι τῷ· πῶς δ' ἂν ἐγὼ τοιόσδε τοιῷδε ἐπεχείρησα; ὁ δὲ οὐκ ἐρεῖ δὴ τὴν ἑαυτοῦ κάκην, ἀλλά τι ἄλλο ψεύδεσθαι ἐπιχειρῶν τάχ' ἂν ἔλεγχόν πῃ παραδοίη τῷ ἀντιδίκῳ. καὶ περὶ τἄλλα δή τοιαῦτ' ἄττ' ἐστὶ τὰ τέχνῃ λεγόμενα.

idem

---

49) Mirum in scholiis graecis ad hunc locum Tisiam laudari: [ὁ *Τισίας*] *μαθητὴς τοῦ Κόρακος ἐξ οὗ τὸ ᾠὸν κακὸν κακοῦ κόρακος*; ut hunc in libro suo legisse credas: *ἡ ΚΟΡΑΚΟΣ καὶ ΤΙΣΙΟΥ τέχνη.* Coracem fortasse, certe Sophistas, attingunt verba supra iam Aristoteli laudata I, 2, pag. 12: *τὸ μὲν γὰρ εἰκός ἐστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γιγνόμενον, οὐχ ἁπλῶς δὲ καθάπερ ὁρίζονταί τινες κ. τ. λ.*

idem exemplum affert Anaximenes in arte sua pag. 142. Buhle:

ἀπρεπὴς μὲν οὖν γένοιτ' ἂν, ἐὰν ἀγωνίζηται νεώτερος ἢ πρεσβύτερος ὑπὲρ ἄλλου. ὑπεναντίος δὲ ἐάν τις ἰσχυρὸς ὢν ἀσθενεῖ δικάζηται αἰκίας, ἢ ἐάν τις ὑβριστὴς ὢν ὕβριν ἐγκαλῇ σώφρονι, ἢ ἐάν τις πάνυ πλουσίῳ δικάζηται πάνυ πένης χρημάτων ἐγκαλῶν.

Coracem vero huius exempli esse [50]) inventorem a Tisia fortasse hic illic magis dilatati, ex ipso cognosco Platone; pergit enim Socrates:

οὐ γάρ ὦ Φαῖδρε;

ΦΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Φεῦ, δεινῶς γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τίσιας, ἢ ἄλλος ὅστις δήποτ' ὢν τυγχάνει καὶ ὁπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος;

hic non est Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, quamvis cum Tisia coniunctus legatur, pag. 81, sed Κόραξ ὁ Συρακόσιος [51]); dicit enim Plato: Tisias sive alius qui hunc praecedit et unde acceperat, quod Hermeias quoque vidit, in cuius commentario haec exstant pag. 197 Ast.: τοῦτο εἶπεν ἴσως διὰ τὸν Κόρακα ἐπειδὴ ἐλέγετο ὁ Κόραξ Τισίου μαθητὴς εἶναι. Coracem Tisiae esse discipulum hic solus et unus nos docet et si homo esset plenus fidei, nulla haesitatione μαθητὴς corrigerem in καθηγητής, quae vocabula saepius confusa reperiuntur; at hoc esset auctoris, non librarii menda purgare; nam idem antea quoque protulit pag. 191.

Quae si quis cum narratione illa contulerit, non a posterioribus enthymema fictum, sed callide excogitatum Coracis ingenio optime congruens inveniet. Tisiam a Corace vero ante iudices accusatum esse est fortasse quod haud pauci possint in dubium vocare qui rem non recte intellectam malint; poterat enim in arte sua vel Tisias vel eius praeceptor ingenii ostentandi causa μελέτας componere in quibus talia

---

50) Adverte simillimas causas quas ad Coracis et Tisiae usque aetatem provehere possis, etiam nunc exstare; certe ex horum sunt natae arte et disciplina, tetralogias puta Antiphontis quae in his versantur rebus.

51) Non dubito Schleiermacherum hanc unice veram suae sententiae quam edidit in vers. pag. 595 praelaturum esse.

perlustrarent unde ad ipsos auctores fabula translata videatur; sed cum illud quoque non sit improbabile nimis esse perspicacem non oportet.

Artis finem quem Corax et qui hunc in omnibus secutus videtur, Tisias dederat, auctor Prolegg. in Hermog. pag. 8 servavit, cuius verba haec sunt:

Ἀλλ᾽ ἔλθωμεν καὶ εἴπωμεν τί ἐστι ῥητορική. Οἱ περὶ ΤΙΣΙΑΝ καὶ ΚΟΡΑΚΑ[52]) *ὁρίζονται αὐτὴν οὕτως· Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργός· ἐπειδὴ γὰρ εὑρεταὶ αὐτῆς ἐγένοντο ὡς βουλόμενοι αὐξῆσαι, ἐπιστήμην αὐτὴν ὡρίσαντο*[53])· *εἰ γὰρ τὸ τοῦ δημιουργοῦ ὄνομα οὐ κεῖται εἰ μὴ ἐπὶ τῶν ἀπταίστως τὶ ποιούντων, ἡ δὲ ῥητορικὴ οὐκ ἄπταιστός ἐστιν, ἄρα κακῶς ὡρίσαντο αὐτὴν εἰπόντες πει-*

---

52) Itaque falsus est Quintilianus II, pag. 178 haec pronuntians: *Haec opinio originem ab ISOCRATE, si tamen re vera ars quae circumfertur eius est* [hanc re vera Isocratis fuisse infra ostendemus] *duxit, qui cum longe sit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit dicens esse rhetoricen persuadendi opificem id est πειθοῦς δημιουργόν.* Ammianus quoque Marcell. XXX, 4 *Tisias suasionis opificem esse memorat assentiente Leontino Gorgia,* ubi Cod. Reg. KTHCIAC, Lindenbrogii cod. KIHCIAC qui ipse *Lysias* male coniecit; vetus codex KIOICIAC in quo alii fort. Coracis quoque nomen invenient; veram tamen puto vulgatam. Quae priores illi docuerant, in suos transtulit libros Isocrates.

53) Paulo post *ὤφειλον δὲ μᾶλλον ἐπιλαβέσθαι ἐπειδὴ ἐπιστήμην αὐτὴν ὡρίσαντο,* sed nullum huius vocis indicium in definitione invenitur quam fuisse coniicias *Ῥητορική ἐστιν ἐπιστήμη πειθοῦς δημιουργός;* nam et Isocrates apud Sext. Empir. pag. 301 *καὶ Ἰσοκράτης φησὶ μηδὲν ἄλλο ἐπιτηδεύειν τοὺς ῥήτορας ἢ ἐπιστήμην πειθοῦς;* et Anonymus de Rhet. pag. 188 Fisch. *ἡ ῥητορική ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ καλῶς καὶ πειστικῶς πάντα τὸν προκείμενον διαθέσθαι λόγον;* denique auctor prolegg. tres de rhet. recenset opiniones primam eorum qui *ἐπιστήμην* putarunt, tum qui *ἐμπειρίαν,* tertiam qui *τέχνην.* Nihil tamen addendum videtur; nam et infra desideratur (facile autem alibi hoc ab inventoribus prodi poterat) et eadem verba apud Plat. in Gorgia pag. 16 Bkk. *νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γοργία, ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγῇ εἶναι καὶ εἴ τι ἐγὼ συνίημι λέγεις ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορικὴ καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ.* Conf. de Rep. II. pag. 72 Bkk.

θοῦς δημιουργόν· κακῶς δὲ τῆς λέξεως ἐπελάβοντό τινες[54])· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀπταίστως τὶ ποιούντων κεῖται τὸ δημιουργὸς ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν πολλάκις εὑρίσκεται λεγόμενον. ὤφειλον δὲ μᾶλλον ἐπιλαβέσθαι, ἐπειδὴ ἐπιστήμην αὐτὴν ὡρίσαντο· ἐπιλαμβανόμενοι δὲ ἡμεῖς τοῦ ὅρου φαμὲν μὴ καλῶς ἔχειν αὐτόν· οὐδὲ γὰρ ἡ ῥητορικὴ μόνη ἐστὶ πειθοῦς δημιουργὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὰ χρήματα τὸ πείθειν ἐπίστανται. Ἄλλοι δὲ βουλόμενοι ὑγιᾶ τὸν ὅρον ποιῆσαι προςτιθέασιν αὐτῷ τινὰς λέξεις ὁριζόμενοι οὕτω· Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργὸς διὰ λόγου ἢ ἐν λόγοις τὸ βάρος[55]) ἔχουσα πιστευτικοῖς, οὐ διδασκαλικοῖς[56])· διὰ τοῦτο εἰρήκαμεν ἐν λόγοις τὸ βάρος

---

54) Fort. Thrasymachus qui apud Platonem in Rep. pag. 30 Bkk. *ὥστε κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἐπειδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογεῖ, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει· ἐπιλιπούσης γὰρ ἐπιστήμης ὁ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει ἐν ᾧ οὐκ ἔστι δημιουργός· ὥστε δημιουργὸς ἢ σοφὸς ἢ ἄρχων οὐδεὶς ἁμαρτάνει τότε ὅταν ἄρχων ᾖ.*

55) Leg. *κῦρος*, item infra vid. Plat. Gorg. pag. 11 seq. Sext. Empir. pag. 288.

56) Quintil. II, 16, pag. 179: *Ideo diligentiores visi sunt sibi qui cum de rhetorice idem sentirent existimaverunt eam vim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem de quo supra diximus libro velut coactus a Socrate facit, a quo non dissentit Theodectes*. Sed qui illi fuerint non constat; fort. ipse Gorgias eiusque discipuli. Socratis verba pag. 20 *ἡ ῥητορικὴ ἄρα ὡς ἔοικε πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς περὶ τὸ δίκαιόν τε καὶ ἄδικον.* Quibus auctor Prolegg. hunc finem impugnat, ut par est ex Platonis sunt hausta libro, unde haud scio an futuri sint, qui illa omnia ficta censeant; est vero haec magna in eius dialogis virtus quod Socrates multa ex se ipso et aliis, iam dudum nota et in scriptis tum vulgata, via atque ratione eruit, et sic tecte, quod tamen raro ostendere possumus, aliorum perstringit sententias. Huc pertinet quod nondum editum legitur in Codice Monac. VIII. fol. 139. b. *ἐκ τῶν Πλουτάρχου εἰς τὸν Πλάτωνος Γοργίαν: ὅρος ῥητορικῆς κατὰ Γοργίαν: ῥητορική ἐστι τέχνη περὶ λόγων τὸ κύρος ἔχουσα πείθους δημιουργὸς ἐν πολιτικοῖς λόγοις περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος, πιστευτικῆς καὶ οὐ διδασκαλικῆς· εἶναι δὲ αὐτῆς τὴν πραγμάτειαν ἰδίαν μάλιστα περὶ δίκαια καὶ ἄδικα, ἀγαθά τε καὶ κακὰ, καλά τε καὶ αἰσχρά· λόγος ἐστιν ἐνδιάθετος ἔννοια ἀνθρωπίνη καθ' ἣν ἡμῖν προςγίγνεται τὸ τί χρὴ λέγειν*

χουσα διὰ τὸ ἀντιδιαστέλλεσθαι αὐτὴν πρὸς τὰ χρήματα καὶ τὸ κάλλος· ἐκεῖνα γὰρ οὐ διὰ λόγων πείθουσιν, ἀλλ' ἰδοὺ εὑρίσκομεν καὶ τὴν ἰατρικὴν διὰ λόγων πολλάκις πείθουσαν τοὺς ἀῤῥωστοῦντας εἴτε χειρουργηθῆναι ἤ τι ἄλλο τι παθεῖν· μικτὴ δὲ οὖσα ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν ἡ ἰατρικὴ μᾶλλον πράξει κέχρηται, ἧττον δὲ λόγῳ· πιστευτικῶς δέ φησιν ὁ ὅρος, οὐ διδασκαλικῶς· δεῖ γὰρ εἰδέναι ὅτι ἡ διαλεκτικὴ ῥητορικὴ διδασκαλικὴ λέγεται· πάντη τε γὰρ καὶ πάντως πείθειν ἕκαστον ἐπαγγέλλεται· πιστευτικὴ δὲ λέγεται ἡ ῥητορικὴ αὕτη ἡ καθ' ἡμᾶς, ἥτις οὐ πάντως ἐξ ἀνάγκης ἔχει τὸ πείθειν, ἀλλὰ θωπείᾳ τινὶ καὶ κολακείᾳ· ὁ δὲ διὰ γοῦν τὸ ἀντιδιαστέλλεσθαι αὐτὴν πρὸς τὴν διαλεκτικὴν τὸ πιστευτικῶς οὐ διδασκαλικῶς εἶπεν. ἀλλὰ καὶ οὗτος οὐ καλῶς ἔχει ὁ ὅρος· οὔτε γὰρ ἀναστρέφει πρὸς ἑαυτόν· ἰδοὺ γὰρ ἡ φυσικὴ ῥητορικὴ καὶ πειθοῦς ἐστι δημιουργὸς καὶ διὰ λόγων ἔχει τὸ βάρος καὶ πιστευτική ἐστιν.

Artem eius laudat Syrianus in Hermog. pag. 240 quid ille *κατάστασιν* appellarit his verbis tradens:

> γνωστέον δὲ ὅτι καὶ ΚΟΡΑΞ ὁ τεχνογράφος τῷ τῆς καταστάσεως ὀνόματι κέχρηται, προοίμια τοῦ λόγου τὴν κατάστασιν καλῶν[57])· οὐδὲ [id est οἱ δὲ] τεχνικώτερον περὶ αὐτῆς διορίζοντες καὶ διεξιόντες ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται τὴν κατάστασίν φασιν τῷ λόγῳ λυσιτελεῖν πρὸς τοῦτο ὅπερ καὶ τὸ ὄνομα δηλοῖ πρὸς τὸ πρεπωδεστάτην διάπλασιν τῆς διηγήσεως· τὸ μὲν γὰρ διηγήσασθαι ψιλὸν τὸ πρᾶγμα οὐ σφόδρα ἔντεχνον· τὸ δὲ σὺν καταστάσει διηγεῖσθαι τεχνικώτατον ὅθεν καὶ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ἐν τοῖς δημοσίοις μάλιστα λόγοις,

---

ἤ τι πράττειν. λόγος ἐστὶ προφορικὸς δήλωσις ἐννοίας ἀνθρώπου διὰ φωνῆς ἐνάρθρου. ὅρος ῥητορικῆς Σωπάτρου· τί ἐστι ῥητορική; δύναμις λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν. καὶ ἐστὶ δύναμις λογικὴ τὸ γένος, τὸ δὲ ἐν πράγματι πολιτικῷ εἶδος, τὸ δὲ τέλος ἔχουσα ἴδιον.

57) Inde tamen quod aliquis obiiciat, autorem Prolegg. qui Coracem primum vocabulum *προοίμιον* in artem induxisse supra dixerat, falsum esse atque *προοίμιον* ei ignotum fuisse minime sequitur. Vid. *ὑπόθεσις* in Antiphontis tetralog. I pag. 13 Bkk.

ὅπου καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐμφαίνει, τοιαύταις κέχρηται διηγήσεσιν.

Tertius locus ubi Coracis mentio fit, epistolam dico quae Aristotelis fertur, Anaximenis arti praemissam, tam mirus est, ut auctor, si ita scripsit, ipse quid scripsisset ignorasse videatur; dicit autem haec:

παρειλήφαμεν δὲ καθάπερ ἡμῖν ἐδήλωσε Νικάνωρ καὶ τῶν λοιπῶν τεχνογράφων, εἴ τίς τι γλαφυρὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν τούτων γέγραφεν ἐν τέχναις· περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις, ὧν τὸ μέν ἐστιν ἐμὸν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις· τὸ δὲ ἕτερον ΚΟΡΑΚΟΣ· τὰ δὲ λοιπὰ τούτοις ἰδίᾳ πάντα γέγραπται περί τε τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν δικανικῶν παραγγελμάτων.

Coracem excipit Tisias item Syracusanus illius, ut supra vidimus disciplina eruditus, quem in legatione obeunda Leontinorum Athenas cum Gorgia venisse Pausanias libro VI pag. 376 Sylb. narrat. Quod si verum, eum ab hostium partibus stetisse certissimum est; negant tamen recentiores Siculi[58]) Pausaniam mendacii arguentes; id vero patriae magis amore quam ratione, nullam enim proferre sciunt, factum esse nota. Nam ne dicam fuisse fortasse quaedam nunc nobis ignota quae eum ut Leontinis adhaereret moverent, rhetores atque sophistas ubicunque terrarum e quibus emolumenti quid traherent habitasse neminem fugit. Et auctor Prolegg. in Hermog. supra ὁ Τισίας δὲ ἐκεῖνος ἀπελθών, nempe post litem cum praeceptore peractam, ἤρξατο διδάσκειν καὶ πλατύνειν τὴν ῥητορικήν. Hunc nostrum Tisiam post. Olymp. LXXXIV, 1 Thuriis Lysiam in arte erudientem offendimus; erat vero haec Atheniensium colonia Leontinis amica, infesta Syracusanis, quod unum Pau-

---

58) Vid. Mongitor. Biblioth. Sicula s. v. Tisias. Novum et acutum quo Tisias illo liberaretur crimine, Hardion invenit Tom. XV, pag. 168 *il est plus vraisemblable que les Syracusains l' avoint dépèche de leur côté comme le plus habile de leurs orateurs pour opposer son éloquence à celle de Gorgias et qu' ils arrivérent à Athenes tous deux en même tems;* sed hoc omni caret auctoritate, et Tisiam Thurios venisse nescio quomodo fugerit Hardionem.

saniam non falsa tradidisse sufficit testimonium. Pseudo-Plutarch. de Lysia pag. 230 Hutt. κἀκεῖ διέμεινε παιδευόμενος παρὰ ΤΙΣΙΑΙ καὶ ΝΙΚΙΑΙ τοῖς Συρακουσίοις. Photius pag. 489. Bkk. καὶ διέτριβεν ἀκροώμενος ΤΙΣΙΟΥ τε καὶ ΝΙΚΙΟΥ τῶν Συρακουσίων. Suidas et Eudocia Λυσίας Κεφάλου Συρακούσιος ῥήτωρ μαθητὴς ΤΙΣΙΟΥ καὶ ΝΙΚΙΟΥ. Novum igitur hic invenimus illius aetatis docendi magistrum Niciae nomine de quo apud omnes auctores altissimum est silentium. Quis fuerit quaerit Taylorus Vit. Lys. pag. 111 R., qui respondeat. Omnia illa apud Pseudo-Plut. Photium, Suidam, Eudociam ex uno eodemque fonte satis turbido fluxisse non est quod doceamus, eorumque auctoritas una tantum nec multum valens. Quare haud scio an vetus huic loco inhaereat mendum et Nicias iste ex Tisia invito patre sit natus. Siculum nomen Τισίας rarius in Atticum magis tritum, Niciam, transiit, ut nil sit nisi varia et negligenda lectio, alteri et verae opposita, qua exorta additum καὶ et singularis Συρακούσιος in multitudinis numerum necessario correctus. Idem nomen haud raro corruptum exstat apud Platonem et auctorem Prolegg. in Hermog. quidam σιτίᾳ semel Λυσίας, apud Ciceronem Victorii libri modo Ctisias, modo Ctesias ut cod. Reg. apud Ammianum Marcell. xxx, 4, ubi alii ΚΙΗCΙΑC vel ΚΙΟΙCΙΑC.

Tisiam in Graeciam venisse ibique inter primos docendi magistros floruisse et ex Platone concludas et aperte testatur Dionysius Halic. de Isocratis iudicio pag. 535: γενόμενος δ' ἀκουστὴς Προδίκου τε τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ ΤΙΣΙΟΥ τοῦ Συρακουσίου τῶν τότε μέγιστον ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ. Syracusis cum esset, mulieri cuidam de bonorum possessione causam dixisse magnamque inde gloriam deportasse Pausanias refert l. l.

Libros de arte rhetorica ab eo vulgatos esse dubitare non sinunt Platonis verba in Phaedro pag. 93; verba enim supra allata de Corace haec sequuntur:

ΦΑΙ. Αὐτά γε ὦ Σώκρατες διελήλυθας ἃ λέγουσιν οἱ περὶ τοὺς λόγους τεχνικοὶ προσποιούμενοι εἶναι· ἀνεμνήσθην γὰρ ὅτι ἐν τῷ πρόσθεν βραχέως τοῦ τοιούτου ἐφηψάμεθα, δοκεῖ δὲ τοῦτο πάμμεγα εἶναι τοῖς περὶ ταῦτα.

ΣΩ. *Ἀλλὰ μὴν τόν γε ΤΙΣΙΑΝ αὐτὸν πεπάτηκας ἀκριβῶς.*

unde verba iam laudata quae Socrates paulo ante locutus erat ex ipsa Tisiae *τέχνῃ*, quem arcte praeceptoris vestigia legisse monuimus, hausta docemur. Tum Aristoteles de sophist. elench. pag. 638 Buhle: *οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες παραλαβόντες παρὰ πολλῶν οἷον ἐκ διαδοχῆς τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι, ΤΙΣΙΑΣ μὲν μετὰ πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν.* Denique auctor Prolegg. in Hermog. apud Morell. Bibl. Venet. Tom. I. pag. 300, cuius verba infra laudabuntur.

Sed mittamus Siciliam et Graecorum videamus studia sophistarum, quos etiamsi in omni astutiae et calliditatis genere multum ab illis superabantur, ipsos tamen plura quibus ars oratoria ditaretur excogitasse, nemo qui rem recte consideraverit negabit. Siculae demum et Graecae coniunctione eloquentiae ab Atheniensibus exceptae factum, ut eam ad tantum eveherent fastigium, ut ultro quo procederet non haberet. Et Graecos quidem plerumque in rebus, quae leves et minutae videantur, sed ad veram excolendam orationem maxime sunt necessariae, reperiemus; ex eorum vero numero, qui iam ante Gorgiae adventum in Graecia doctrina praestantes habebantur, qui enim hos praecedunt haud cognoscimus [59]) noti sunt Protagoras, Prodicus, Hippias.

Oratio si vim habere vis, non sententias modo bene excogitatas esse necessarium, sed et verba aptissima et pulcra, quae illas exprimant aeque a poetica atque vulgari distantia elocutione flagitantur; inprimis minuta quaedam sive pronuntiationis sive formarum vitia emendanda, in quibus vel si levissimum commiseris, omnium facile movebis risum; quae enim hic veluti lege inducta loquuntur homines, alibi ut mendosa evitantur, quod item etiam nunc apud nos valet. Itaque veteres in eloquentia maximam esse partem ut dictio sit pura et a peregrinis libera notarunt, ut Dionys. Halicarnas. in Lysiae iudic.

---

59) Plato in Menone pag. 372 Bkk. *καὶ οὐ μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπολλοι, οἱ μὲν πρότεροι γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ καὶ νῦν ἔτι ὄντες.*

pag. 161. *κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος ὅπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ κυριώτατον ἐν λόγοις, λέγω δὲ τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον, οὐδεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο.* Sic ars oratoria grammatices evocavit studia, ut quaedam certe partes accuratius examinarentur, quas Sophistas tractasse ex Platone et aliunde scimus; qua vero fortuna, certo diiudicari nequit, haud tamen contemnenda fuisse, pauca quae nobis supersunt vestigia docent. Sunt quidam viri sagaces magis quam docti qui grammaticen improbantes naturae studium et contemplationem vel mathematicen iuvenes in primis doceri velint; hac enim graecos grammatices ignaros tantopere ut nemo eos superaret excelluisse; sed falluntur; Graecos enim non minus quam nostra fit aetate, magistri, sophistae et rhetores in rebus erudiebant grammaticis. Quod si sermo et locus hic nobis esset de sophistarum doctrina et philosophia, odium quod nunc vulgo in eos vertunt, maiore ex parte sine causa et ratione esse conceptum, eosque laude magis quam vituperatione dignos censendos, haud multa cum opera exponi posset. Sic quo proscinduntur convicio iuvenes non nisi magno argenti pretio eruditos esse[60]), levissimum est; immo hoc sophistas suae ipsorum scientiae satis confisos esse neque eam despexisse docet, et vitium, si modo vitium dicendum, commune est vel potius ortum optimis lyricae poeseos asseclis, Simonide, Pindaro, aliis. Sed agimus de arte rhetorica.

Ad Protagoram quod pertinet, leguntur in Platonis Phaedro pag. 82. Bkk.:

ΣΩ. *Τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα λόγων; ὅς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Λικυμνίων ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐεπείας;*

ΦΑ. *ΠΡΩΤΑΓΟΡΕΙΑ δὲ ὦ Σώκρατες, οὐκ ἦν μέντοι τοιαῦτ' ἄττα;*

ΣΩ. *Ὀρθοέπειά γέ τις ὦ παῖ καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά.*

quo in loco, nam priora infra explicanda sunt, non modo illa

60) Plato in Protag. pag. 184. Bkk. Heindorf ad Hipp. Maior. pag. 126.

cum ironia dicta, *ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ* quae fuerint, in altis latent tenebris, sed ipsa *ὀρθοέπεια* iam antiquis incerta erat; latae enim significationis haec vox, comprehendit illam *τῶν ὀνομάτων ὀρθότητα* de qua Platonis Cratylus, an nomen rei conveniens sit impositum etymologice inquirens ut ibi pag. 31 Bkk. *ἵνα εἰδῶμεν εἰ ἄρα ἡμῖν ἐπιμαρτυρήσει αὐτὰ τὰ ὀνόματα μὴ πάνυ ἀπὸ ταὐτομάτου οὕτως ἕκαστα κεῖσθαι, ἀλλ' ἔχειν τινὰ ὀρθότητα;* tum ne aliud eiusdem vis inferatur vocabulum et ita apud Aristophanem Ran. v. 1188.

ΕΥΡ. *ἐγὼ φράσω·*
κἂν που δὶς εἴπω ταὐτὸν ἢ στοιβὴν ἴδῃς
ἐνοῦσαν ἔξω τοῦ λόγου, κατάπτυσον.
ΔΙΟ. *ἴθι δὴ λέγ'· οὐ γάρ μοὖστιν ἀλλ' ἀκουστέα*
τῶν σῶν προλόγων τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν.

hoc est Prodici studium in verborum discriminandis potestatibus, quod *ὀρθοέπειαν* optimo iure nuncupaveris. Inest quoque quod Quintilianus voluit I. 5. pag. 60 Burm. emendata cum suavitate vocum explanatio, item quod Hermias pag. 192 Ast. *κυριολεξία· διὰ γὰρ τῶν κυρίων ὀνομάτων μετήρχετο ὁ Πρωταγόρας τὸν λόγον καὶ οὐ διὰ παραβολῶν καὶ ἐπιθέτων,* quod et Heindorfio et Astio probatum est et sane Protagoram a poetica Siculorum eloquentia abhorruisse facile concedo. Cum in Platonis loco supra *ὀνόματα Λικύμνεια* memorentur et de singulis modo quae sophistarum quisque ad exornandam orationem contulerit sermo sit, minuta quaedam, non totam elocutionem rectam, quae Thrasymachi potius quam Protagorae fuit, intelligi apparet, quod ipsum additum pronomen *ὀρθοέπειά τις* satis indicat. *Κυριολεξία* vero quam scholiasta vult, omnibus graecis scriptoribus usque ad Siculorum rhetorum Athenas adventum Archonte Eucleo, qui primi fucatum loquendi genus inferebant, solemnis erat nec ut Protagorae soli propria laudari poterat. Novum addidit Schleiermach. pag. 393, seq. Edit. II. auctorem ut supra, ita et hic de verbis technicis, a Protagora in artem introductis, loqui putans. Sed quaeritur num graeca vox hoc significare possit, neque orationis partes Plato notare in animo habuit; Socrates enim Phaedrum, qui tale quid arbitratus est, quid Protagoras praestiterit docet. Unde aliud Plato mihi voluisse videtur quod quale sit, ni magnopere

fallor, ex Aristotele intelligimus. Hic enim in Rhetor. III, 5 pag. 174 de graecae linguae dictione verba faciens inter alia necessaria haec quoque adiecit: *τέταρτον ὡς ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει ἄῤῥενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς: ἡ δ' ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα ᾤχετο;* et de sophist. elench. pag. 574 Buhle *σολοικισμὸς δὲ οἷον μέν ἐστιν, εἴρηται πρότερον· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντα φαίνεσθαι καὶ ποιοῦντα μὴ δοκεῖν, καθάπερ ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ ἔλεγεν εἰ ὁ μῆνις καὶ ὁ πήληξ ἄῤῥεν ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομένην σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις· ὁ δὲ οὐλόμενον φαίνεται, ἀλλ' οὐ σολοικίζει.*

Inde Protagoram de nominum generibus et constructione, sive quod idem est, de articulo, relativo et qui inde existant, soloecismis, igitur de rebus grammaticis scripsisse probatur, quae ipsa mihi eius *ὀρθοέπεια* fuisse videtur. Et de articulo Anaximenes in arte pag. 104 Buhle: *τὸ δέ προσέχειν τοῖς ἄρθροις ὅπως ἐν τῷ δέοντι προςτιθῆται, ἐπὶ τῶνδε ὅρα· οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ· νῦν μὲν οὖν ἐγγινόμενα τὰ ἄρθρα σαφῆ ποιεῖ τὴν λέξιν· ἐξαιρεθέντα δὲ ἀσαφῆ ποιήσει ἔσθ' ὅτε δὲ συμβαίνει καὶ τὸ ἀνάπαλιν.* Talia quoque Protagorae fuisse credo praecepta; conf. totum hoc Anaxim. caput. Illam graecae vocis vim veteribus non ignotam fuisse, Quintiliani ostendit locus, egregius in hanc rem, I, 6 pag. 75 Burm.

> *Hic permittamus et AUDIVISSE et SCIVISSE et TRIBUNALE et FACILITER dicere. FRUGALIS quoque sit apud illos, non FRUGI; nam quo alio modo fiat FRUGALITAS. Iidem CENTUM MILLIA NUMMUM et FIDEM DEUM ostendant duplices soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum; nesciebamus enim ac non consuetudini et decori serviebamus, sicut in plurimis, quae Tullius in Oratore divine ut omnia exsequitur. Sed Augustus quoque in epistolis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is CALIDUM dicere quam CALDUM malit; non quia illud non sit latinum, sed quia sit odiosum et ut ipse graeco verbo significavit περίεργον. Atqui hanc qui-*

dum ὀρθοέπειαν solam, putant, quam ego minime excludo. Quid enim tam necessarium quam recta locutio?

Hic vero non possum quin paululum a via mea discedam et aliud, quod monuisse non poeniteat, in memoriam revocem; nam ut falsa sit mea ὀρθοεπείας explicatio, ex Aristotelis locis quod nemo vidit, Protagoram et qui hunc secuti, ab Aristophane maxime perstringi intelligimus, cuius in Nubibus verba nunc demum sales habent, si irrideri aliquem et quis ille sit cognovimus. V. 632 seqq. Socrates doctus Strepsiadi quaedam enumerat e quibus sibi quod maxime placeat eligat:

ἄγε δή, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,
ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πώποτ' οὐδέν, εἰπέ μοι,
πότερα περὶ μέτρων ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν[61]);

ἔπη vero non sunt ut putant versus et carmina, sed ut sequentia docent singula vocabula. Strepsiadem enim, qui primum περὶ μέτρων, elegit, cum in hoc minus bene esse versatum Socrates perspexisset, ad alterum transit περὶ ῥυθμῶν, v. 642, quod ipsum cum male seni succederet, ad postremum denique venit sophista, supra nominatum, nomina genere suo recte distincta v. 655:

ἀλλ' ἕτερα δεῖ σε πρότερα τούτων μανθάνειν
τῶν τετραπόδων ἅττ' ἐστὶν ὀ ρ θ ῶ ς ἄῤῥενα.

iam illa de vocibus κάρδοπος, ἀλεκτρυὼν disquisitio sequitur quas non casu a comico arreptas puto, sed Protagorae fortasse praecepta de his data respicit; certe in scholiis exstat: οἱ Ἀ τ τ ι κ ο ὶ δὲ οὕτω καὶ τὰς θηλείας ἐκάλουν καὶ Θ ε ό π ο μ π ο ς . . . λέγουσι δ' αὐτὴν καὶ ἀ λ ε κ τ ρ ύ α ι ν α ν, quod si Aristophanis aetate usu venisset, vix spectatorum quemquam movisset; totus hic locus haud scio an non parvum ad stabiliendam nostram de ὀρθοεπείᾳ sententiam faciat.

---

61) Ita recte Hermannus scripsit, quod totius sententiae nexus satis confirmat; codd. optimi ἢ ἐπῶν; vulg. ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν; in Longini fragm. pag. 164 Weiske ἢ περὶ ἐπῶν. Pertinet locus qui exstat in Hippia Minore pag. 210 καὶ περὶ τῶν τεχνῶν δὴ ὧν ἄρτι ἐγὼ ἔλεγον ἐπιστήμων ἀφικέσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων, καὶ περὶ ῥυθμῶν καὶ περὶ ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ὀρθότητος, καὶ ἄλλα ἔτι πρὸς τούτοις πάνυ πολλά, ὡς ἐγὼ δοκῶ μνημονεύειν. Conf. Hipp. Maior pag. 418 Bkk.

Sed non reticendus Platonis locus in Cratylo pag. 20 Bkk. qui contrarius nostrae rationi videatur: *ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγκρατὴς εἶ τῶν πατρῴων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων ἣν ἔμαθε παρὰ ΠΡΩΤΑΓΟΡΟΥ.* inde nihil aliud tamen nisi eum *ὀρθοέπειαν* magno docuisse pretio colligas, quam illo Platonis sensu originationis via elaboratam esse minime sequitur et si quid video tota est Sophistae, qui magna permittens levia praestiterit cavillatio; respondet enim Hermogenes *ἄτοπος μέντ' ἂν εἴη μοι ὦ Σώκρατες ἡ δέησις εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι;* deinde Platonem non *περὶ τούτων* sed quod rem ipsam minuit, *περὶ τοιούτων* dicere advertendum.

Apud Diogenem Laert. IX, 53 et Suidam de Protagora haec exstant: *λόγων ἀγῶνας ἐποιήσατο . . . τὴν διάνοιαν ἀφεὶς πρὸς τοὔνομα διελέχθη . . . διεῖλέ τε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέσσαρα, εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν· οἱ δὲ εἰς ἑπτά, διήγησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν, ἀπαγγελίαν, εὐχωλήν, κλῆσιν· οὓς καὶ πυθμένας εἶπε λόγων· ΑΛΚΙΔΑΜΑΣ δὲ τέτταρας λόγους φησί, φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσαγόρευσιν.* Quaeritur haec quid sibi velint; ad artem grammaticam pertinere dicit Bellinus pag. 87 quemadmodum Aristoteles tria nomen, verbum, adverbium, ab aliis deinceps dilatata invenerit. Sed vereor ne falsa sit haec opinio. Arti oratoriae adnumeravit Quintilianus III, 4 pag. 228, qui cum tria Aristotelis et duo Anaximenis retulisset, pergit: Protagoram transeo qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi quod *εὐχωλὴν* dixit, partes solas putat. Quod si verum, *εὐχωλὴ* illud a Jove principium servans, ad deos fortasse fuit, quam primis oratoribus spretam aetas posterior est quando recepit, sic Demosth. *περὶ στεφάνου. Πρῶτον μὲν . . . τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν κ. τ. λ.* Lycurgus *κατὰ Λεωκράτους. Δίκαιον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ εὐσεβῆ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας Λεωκράτους τοῦ κρινομένου ποιήσομαι· εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν*

πόλιν καὶτὴνχώραν ἱδρυμένοις, εἰ μὲν εἰςήγγελκα κ. τ. λ. item incertus his aequalis orator apud Dionys. Halic. de Dinarchi iudic. pag. 657 *Εὔχομαι δὴ τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ κ. τ. λ.* quamvis haec *εὐχωλὴ* prooemii vicem ferens latioris esse deberet significationis nec sola deorum, qui operi cuique propitii sint, invocatio, quam tribus conficias verbis. Et Suidas sive potius unde hic sumpsit dicit *πάντα λόγον*, omnem sermonem, ab eo in quatuor divisas esse partes, et postea *τέτταρας λόγους*, nisi potius hic *λόγου* reponendum. Sane Protagoras cuivis sermoni hanc dispositionem, non quem nos proprie orationis nuncupamus nomine infingendam censuit, eamque in poeseos quoque transtulit opera. Sic Homerum vituperat, qui *ἐπιτάξει* non *εὐχωλῇ* initium fecerit. Tradit haec Aristoteles *τῆς λέξεως σχήματα* esse affirmans, Poet. cap, 21. pag. 247. Buhle: *Τῶν δὲ περὶ τὴν λέξιν ἓν μέν ἐστιν εἶδος θεωρίας, τὰ σχήματα τῆς λέξεως, ἅ ἐστιν εἰδέναι τῆς ὑποκριτικῆς καὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἔχοντος ἀρχιτεκτονικήν, οἷον τί ἐντολὴ καὶ τί εὐχὴ καὶ διήγησις καὶ ἀπειλὴ καὶ ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις καὶ εἴ τι*[62]) *ἄλλο τοιοῦτον· παρὰ γὰρ τὴν τούτων γνῶσιν ἢ ἄγνοιαν οὐδὲν εἰς τὴν ποιητικὴν ἐπιτίμημα φέρεται ὅ τι καὶ ἄξιον σπουδῆς· τί γὰρ ἄν τις ὑπολάβοι ἡμαρτῆσθαι ἃ ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ ἐπιτιμᾷ, ὅτι εὔχεσθαι οἰόμενος ἐπιτάττει εἰπὼν*

Μῆνιν ἄειδε θεά

τὸ γὰρ κελεῦσαί φησι ποιεῖν τι ἢ μὴ ἐπίταξίς ἐστι· δίο παρείσθω ὡς ἄλλης καὶ οὐ τῆς ποιητικῆς ὂν θεώρημα. Inde Aristotelem partes allatas Protagorae ipsi tribuisse, non iniuria concludas; apud Suidam vero *οἱ μὲν* legitur: *μετὰ δὲ τοῦτον ἕτεροι . . , διεῖλόν* cum varietate *ἕτερος . . . διεῖλεν.*

Mythicam Protagorae orationem in Platonis dialogo cognomine Philostratus intelligit vit. soph. pag. 494. quod editorem indoctum, qui nescio quid ex Theaeteto somniat, fugit; *γνοὺς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἑρμηνεύοντα, ὑπτιάζοντα δὲ τῇ σεμνότητι καί που καὶ μακρολογώτερον τοῦ συμμέτρου τὴν ἰδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακρῷ ἐχαρακτήρισεν·* conf. Heind. ad Protag. pag. 505. sed vide ne illa oratio, quae et

62) Ita ex codicibus legendum pro vulg. *εἴ τι ἄλλο*; intelligit vero quam supra ex Diogene dedimus *ἀπαγγελίαν*.

Schleiermacheri viri in his sagacissimi est sententia, non modo ad Protagorae sit emensa ingenium, sed ipsius ex scriptis hausta; tales enim res tractare solebant sophistae, ut de Prodico, Hippia scimus, allegoriae forma induta; illa aetate et fabulas allegoricas fingebant et Homerum ita esse explicandum docebant [63]).

Totum artis graecorum sophistarum studium quum in restituenda *ὀρθοεπείᾳ* consisteret, brevi factum, ut singula quoque verba investigarentur, propria earum vis notaretur, quasque varietates mutationesque et forma et significatio perpessae, traderetur et discrimen inter verba, quae eadem vulgo significare putantur doceretur, quod uno alterove ostendere exemplo facile videatur, sed maior iam exsistit difficultas, si eorum quae tibi discernenda multitudo vel numerum exsuperet, maxima vero si systema synonymiae eiusque doctrinam profitearis. Haec enim et etymologiam fundat nec nisi origines verborumque radices inveneris, sensus recte demonstrari potest. Quam rem neque ridiculam nec parvi esse momenti, nostra demum aetate, qua haec multum examinata sunt, maxime perspectum est.

Prodicus Ceius, quantum scimus, de industria et magna dedita opera, primus verborum potestates discriminans, proprium sensum usu antiquatum et oblitteratum investigare et denuo hominibus tradere studuit, quem subtili et sagaci iudicio verborum vim distinxisse, neque oneri huic imparem fuisse, pauca diligentiae adhuc restantia monumenta testantur. Rem enim paulo doctius quam posteriores, quorum ad nos venit notitia, ad litterarum ordinem vocabula congerentes, aggressus est. Notiones ille singulas selegisse et quaecunque de his pronuntiantur voces compositas ad veram rationem, qua alia aliud significaret, reduxisse videtur; sic v. c. *ἡδονῆς* notionem in plures distinxit partes, de quibus Aristoteles Topic. II, 6. pag. 114. Buhle: *ἔτι εἰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ συμβεβηκὸς ἔθηκεν ὡς ἕτερον, διὰ τὸ ἕτερον εἶναι ὄνομα, καθάπερ ΠΡΟΔΙΚΟΣ διηρεῖτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ, τῆς ἡδονῆς, ὀνόματά ἐστιν· εἰ οὖν τις τὸ χαίρειν τῷ εὐφραίνεσθαι φήσει*

63) Wolf. Prolegg. pag. CLXIII seqq.

συμβεβηκέναι, αὐτὸ ἂν αὑτῷ φαίη συμβεβηκέναι[64]). De hac verborum doctrina, quam ut primum omnibus commendaverat[65]), privatissimas dedit lectiones quinquaginta drachmis ab eo aestimatas, ut Socrates dicit in Cratylo pag. 4: *καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα· εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἀκηκόη παρὰ ΠΡΟΔΙΚΟΥ τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῖσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα πῇ ποτὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων.* Hae alterae lectiones minoris aestimatae, (publicas enim indicare non ex sophistarum more fuit) auditoribus interdum ieiuniores fuisse videntur, quos somniculosos ex illa maiore aliquam demonstrationis partem se iniecturum esse promittens, ad audiendum excitabat[66]). Qui quum princeps huic studio incum-

---

64) Eadem, ex hoc Aristotelis loco ut videtur, apud Hermiam in Plat. Phaedrum pag. 191 Ast. verborum significatione subiecta: *ἐπειδὴ ὁ Πρόδικος τὴν τῶν ὀνομάτων εὗρεν ἀκρίβειαν, οἷα διαφορὰν τέρψεως, χαρᾶς, εὐφροσύνης· τέρψιν καλῶν τὴν δι' ὤτων ἀκοὴν, χαρὰν τὴν τῆς ψυχῆς, εὐφροσύνην τὴν διὰ τῶν ὀμμάτων·* at hanc explicationem de suo dedit Hermias non ex Prodici mente, cuius ipsius expositio apud Xenoph. latet.

65) Platon Euthydem. pag. 405. Bkk. *πρῶτον γάρ ὥς φησι Πρόδικος περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ.* Astius de vita et scriptis Platonis pag. 417. Prodici ingenium ab huius dialogi auctore male expressum esse dicit; illam enim *ὀνομάτων ὀρθότητα* non hunc sed Protagoram docuisse; sed scire velim an non synonymia quoque ad verborum *ὀρθότητα* pertineat; tum nescio quomodo fugerit virum doctum ille in Cratylo locus, in quo tamen alia superest difficultas; quam enim hic audisse negat verborum rectitudinem Socrates, alibi in Charmide pag. 322. et Protagora pag. 208. a Prodico, sexcenta distinguente, accepisse dicit. At Socrates *δραχμιαίαν* tantum audivit. Talia vero minime in Platone premenda esse puto, et sequens nota totam hanc *ἀπορίαν* solvit.

66) Aristoteles Rhet. III. pag. 200. *Καί μοι προσέχετε τὸν νοῦν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἐμὸν ἢ ὑμέτερον· καὶ Ἐρῶ γὰρ ὑμῖν οἷον οὐδεπώποτε ἀκηκόατε δεινόν ἢ οὕτω θαυμαστόν·*

beret magnaque cum gloria in ea versaretur, quid mirum si idem quod omnes artium inventores sibi vindicant, Prodicus quoque fecerit, eiusque amore abusus ut Gorgias antitheses, ita vocum discrimina iactaverit? maxime enim immodicum usum, nunquam suo insperso loco, non malam eius sedulitatem quasi ficta et inania huiuscemodi essent, irridet et perstringit Plato. Tum id quoque non negligendum Platonem procul dubio nimis auxisse et in Prodicum omni cadere iure, quae Dionys. Halicarn. Tom. VI. pag. 756. de hoc aliisque monuit. Locus ille notus et valde festivus hic ut res magis sit perspicua, reddendus Protag. pag. 201. Bkk. *Εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα ὁ ΠΡΟΔΙΚΟΣ Καλῶς μοι, ἔφη, δοκεῖς λέγειν, ὦ Κριτία· χρὴ γὰρ τοὺς ἐν τοιοῖςδε λόγοις παραγιγνομένους κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατάς, ἴσους δὲ μή· ἔστι γὰρ οὐ ταὐτόν· κοινῇ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι δεῖ ἀμφοτέρων, μὴ ἴσον δὲ νεῖμαι ἑκατέρῳ, ἀλλὰ τῷ μὲν σοφωτέρῳ πλέον, τῷ δὲ ἀμαθεστέρῳ ἔλαττον*[67]*· ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ*

τοῦτο δ' ἐστὶν ὥσπερ ἔφη Πρόδικος, ὅτε νυστάζοιεν οἱ ἀκροαταί, παρεμβάλλειν τῆς πεντηκονταδράχμου αὐτοῖς. De supra dictis vide Axiochi auctoris verba pag. 509 .Bkk. *καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα, τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυεῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου· προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμιον*

ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· εἴ δίδως τι, καὶ λάβοις.

ut versus libris suadentibus restituendus videtur.

67) Acuta et subtilis distinctio qua *κοινὸν* ad audiendum, *ἴσον* ad efficiendum pertinet; cui frustra scriptorum usum, quem ipsum Prodicus corrigere voluit, obiiciunt Valken. ad Amm. pag. 107. et Astius de vita et script. Plat. pag. 72. Solemnis erat tum dictio *ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθαι* ut Lysias de Aristoph. bonis pag. 309. Bkk. conf. schol. in Aeschinem pag. 247. Bkk. Alia exempla sunt Hegesipp. *περὶ ἁλον.* pag. 78. Bkk. *ἐπιτρέπειν φησὶ περὶ τούτων ἕτοιμος εἶναι· ἴσῳ καὶ κοινῷ δικαστηρίῳ.* Demost. *περὶ τῆς τῶν ῥοδίων ἐλευθ.* pag. 179. *οἱ νόμοι κοινὴν τὴν συνουσίαν ἔδοσαν καὶ ἴσην τοῖς ἀσθενέσι καὶ τοῖς ἰσχυροῖς.* Plutarch. sept. sapient. conviv. tom. VIII, pag. 24. H. *μηδ' ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσαν ὥσπερ ἐν δημοκρατίᾳ νέμεσθαι καὶ κοινὸν εἶναι;*

ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μέν, ἐρίζειν δὲ μή· ἀμφισβητοῦσι μὲν γὰρ καὶ δι' εὔνοιαν οἱ φίλοι τοῖς φίλοις, ἐρίζουσι δὲ οἱ διάφοροί τε καὶ ἐχθροὶ ἀλλήλοις· καὶ οὕτως ἂν καλλίστη ἡμῖν ἡ συνουσία γίγνοιτο· ὑμεῖς τε γὰρ οἱ λέγοντες μάλιστ' ἂν οὕτως ἐν ἡμῖν τοῖς ἀκούουσιν εὐδοκιμοῖτε καὶ οὐκ ἐπαινοῖσθε — εὐδοκιμεῖν μὲν γάρ ἐστι παρὰ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων ἄνευ ἀπάτης, ἐπαινεῖσθαι δὲ ἐν λόγῳ πολλάκις παρὰ δόξαν ψευδομένων — ἡμεῖς τ' αὖ οἱ ἀκούοντες μάλιστ' ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα, οὐχ ἡδοίμεθα· εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐστι μανθάνοντά τι καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ, ἥδεσθαι δὲ ἐσθίοντά τι ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι [68]). Ταῦτ' οὖν εἰπόντος τοῦ Προδίκου πολλοὶ πάνυ τῶν παρόντων ἀπεδέξαντο.

Reliqua exempla in Platonis dialogis servata, ab aliis plerumque iam indicata [69]) haec sunt:

in Menone pag. 336: πειράσομαι δὴ καὶ ἐγώ σοι οὕτως εἰπεῖν· λέγε γάρ μοι· τελευτὴν καλεῖς τι; τοιόνδε λέγω οἷον πέρας καὶ ἔσχατον· πάντα ταῦτα ταὐτόν τι λέγω· ἴσως δ' ἂν ἡμῖν ΠΡΟΔΙΚΟΣ διαφέροιτο· ἀλλὰ σύ γέ που καλεῖς πεπεράνθαι τι καὶ τετελευτηκέναι; τὸ τοιοῦτον βούλομαι λέγειν, οὐδὲν ποικίλον.

in Lachete pag. 290. Nicias: ἀλλ' οἶμαι τὸ ἄφοβον καὶ τὸ ἀνδρεῖον οὐ ταὐτόν ἐστιν· ἐγὼ δὲ ἀνδρίας μὲν καὶ προμηθείας πάνυ τισὶν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖναι· θρασύτητος δὲ καὶ τόλμης καὶ τοῦ ἀφόβου μετὰ ἀπρομηθείας πάνυ πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θηρίων· ταῦτ' οὖν ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα

Herodis §. 85 ὑμεῖς δὲ οἱ τῶν δικαίων ἴσοι κριταὶ προκαταγνώσεσθέ μου.

68) Item in Protagora pag. 240. τὴν δὲ Προδίκου τουδε διαίρεσιν τῶν ὀνομάτων παραιτοῦμαι· εἴτε γὰρ ἡδὺ εἴτε τερπνὸν λέγεις εἴτε χαρτὸν εἴτε ὁπόθεν καὶ ὅπως χαίρεις τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων, ὦ βέλτιστε Πρόδικε, τοῦτό μοι πρὸς ὃ βούλομαι ἀπόκριναι.

69) Heindorfio ad Charmid. pag. 84, Iacobsio ad Lachet. pag. 238, Astio l. l. pag. 72. conf. Plat. Resp. pag. 254.

καὶ οἱ πολλοὶ, ἐγὼ θρασέα καλῶ, ἀνδρεῖα δὲ τὰ φρόνιμα περὶ ὧν λέγω.

de quibus Socrates dicit:

μηδέ γε εἴπῃς ὦ Λάχης· καὶ γάρ μοι δοκεῖς οὐδὲ μὴ ᾔσθῆσθαι ὅτι ὅδε ταύτην τὴν σοφίαν παρὰ Δάμωνος τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου παρείληφεν, ὁ δὲ Δάμων Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα διαιρεῖν.

Inde locum egregium quem Protagoras ipse in dialogo cognomine dicit pag. 227, ex Prodici doctrina haustum esse docemur:

ταῦτα δὲ ἐμοῦ ὁμολογήσαντος ἐξείη ἄν σοι χρωμένῳ τοῖς αὐτοῖς τεκμηρίοις τούτοις λέγειν ὡς κατὰ τὴν ἐμὴν ὁμολογίαν ἡ σοφία ἐστὶν ἰσχύς· ἐγὼ δὲ οὐδαμοῦ οὐδ' ἐνταῦθα ὁμολογῶ τοὺς δυνατοὺς ἰσχυροὺς εἶναι, τοὺς μέντοι ἰσχυροὺς δυνατούς· οὐ γὰρ ταὐτὸν εἶναι δύναμίν τε καὶ ἰσχὺν, ἀλλὰ τὸ μὲν καὶ ἀπὸ ἐπιστήμης γίγνεσθαι, τὴν δύναμιν, καὶ ἀπὸ μανίας τε καὶ ἀπὸ θυμοῦ, ἰσχὺν δὲ ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν σωμάτων· οὕτω δὲ κἀκεῖ οὐ ταὐτὸν εἶναι θάρσος τε καὶ ἀνδρίαν, ὥστε συμβαίνει τοὺς μὲν ἀνδρείους θαῤῥαλέους εἶναι, μὴ μέντοι τούς γε θαῤῥαλέους ἀνδρείους πάντας· θάρσος μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ τέχνης γίγνεται ἀνθρώποις καὶ ἀπὸ θυμοῦ τε καὶ ἀπὸ μανίας ὥσπερ ἡ δύναμις, ἀνδρία δὲ ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν ψυχῶν γίγνεται.

quae vero ibidem dixit Socrates pag. 207. ἔστι δὲ οὐ ταὐτὸν ὦ Πρωταγόρα, ὥς φησι Πρόδικος ὅδε τὸ εἶναι καὶ τὸ γενέσθαι jocose monuit; paulo supra enim ex eo haec quaerit: σὺ γὰρ ὦ Πρόδικε προαπόφηναι τὴν σὴν γνώμην· ταὐτόν σοι δοκεῖ εἶναι τὸ γενέσθαι καὶ τὸ εἶναι ἢ ἄλλο; ἄλλο νὴ Δί', ἔφη ὁ Πρόδικος.

in Charmide pag. 321. Critias: ἐγὼ γάρ που, ἦ δ' ὅς, τοῦθ' ὁμολόγηκα, ὡς οἱ τὰ τῶν ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν, ἢ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; εἰπέ μοι ἦν δ' ἐγὼ οὐ ταὐτὸν καλεῖς τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πράττειν; οὐ μέντοι, ἔφη, οὐδέ γε τὸ ἐργάζεσθαι καὶ τὸ ποιεῖν..: ὦ Κριτία,„ ἦν δ' ἐγὼ καὶ

εὐθὺς ἀρχομένου σου σχεδὸν ἐμάνθανον τὸν λόγον ὅτι τὰ οἰκεῖά τε καὶ τά αὐτοῦ ἀγαθὰ καλοίης καὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ποιήσεις πράξεις· καὶ γὰρ Προδίκου μυρία τινὰ ἀκήκοα περὶ ὀνομάτων διαιροῦντος.

in Euthydemo quae leguntur pag. 405. incertum an ex Prodici mente sint dicta: *πρῶτον γάρ ὥς φησι Πρόδικος περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ· ὃ δὴ καὶ ἐνδείκνυσθόν σοι τὼ ξένω ὅτι οὐκ ᾔδησθα τὸ μανθάνειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ τοιῷδε ὅταν τις ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ πράγματός τινος ἔπειθ' ὕστερον αὐτοῦ λαμβάνῃ τὴν ἐπιστήμην, καλοῦσι δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπειδὰν ἔχων ἤδη τὴν ἐπιστήμην ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ ταὐτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον ἢ λεγόμενον· μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν, ἔστι δ' ὅτε καὶ μανθάνειν.* [70]).

denique de voce *δεινὸς* cuius originem in significatione arcte tenendam censet, in Protagora pag. 208. *περὶ δὲ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με οὑτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, ἐρωτᾷ εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τἀγαθὰ δεινὰ καλῶν· τὸ γὰρ δεινὸν φησὶ κακόν ἐστιν· οὐδεὶς γοῦν λέγει ἑκάστοτε δεινοῦ πλούτου οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου καὶ δεινοῦ πολέμου καὶ δεινῆς πενίας ὡς τοῦ δεινοῦ κακοῦ ὄντος.*

Utinam tunc temporis alii quae felici auspicio Prodicus incepisset, simili fortuna longius produxissent; sic enim iam illa aetate synonymiae et etymologiae studium magnos fecisset progressus multaque memoratu digna essent tradita, in quibus posteriores mire caecutiunt, quamvis qui de suae aetatis lingua disquirunt quo minus verum videant plurimis impediri opinionibus negari nequeat eosque simili vocum sonu ita allici ut quae diversissima sunt totoque distant coelo, simillima vel paene eadem esse arbitrentur. Id vitium et Graeci et Latini

70) Lapsus est Astius pag. 417, qui quum vulgi usus et opinio hic notatur, ex Prodici animi sententia haec pronuntiata arbitratur.

et alii quoque, si de suae ipsorum scrutantur linguae originibus committunt. Multum iam praestare possumus, si quid vocabuli origini, quid fini et mutationi debeatur recte cognovimus, iis qui linguam loquuntur nec docentur, haud facile inventu. Non raro enim in syllabis quae terminationes significant, novum verbum et originem reperire putant. Quotus enim quisque vel hodie est, qui v. c. in consul, praesul, exsul, aliis, modo consilium, modo solum, modo nescio quid in mente non habeat? Quare nihil est quod veteres qui in hoc genere maxime sunt falsi, ridentes accusemus, qui ipsi saepius haud meliora dare valemus. Hoc vitio etiam Platonem[71]) et omnes fere philosophos affectos esse videas quod unus vel alter dilucide ostendat locus. Sic in sophista pag. 151 serio dicit Eleaticus hospes:

ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν.

ΘΕΑΙ. Σφόδρα γε.

ΞΕ. Τό γε μὴν ἀγνοεῖν ἐστιν ἐπ' ἀλήθειαν ὁρμωμένης ψυχῆς, παραφόρου ξυνέσεως γιγνομένης, οὐδὲν ἄλλο πλὴν παραφροσύνη.

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

Eadem in Cratylo pag. 63. *Δικαιοσύνη δὲ ὅτι μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ δικαίου συνέσει τοῦτο κεῖται τὸ ὄνομα ῥᾴδιον συμβαλεῖν· αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον χαλεπόν.*

et paulo supra pag. 61.

ἡ φρόνησις· φορᾶς γάρ ἐστι καὶ ῥοῦ νόησις· εἴη δ' ἂν καὶ ὄνησιν ὑπολαβεῖν φορᾶς· ἀλλ' οὖν περί γε τὸ φέρεσθαί ἐστιν;

et alia multa; ita autem ratio est comparata ut verbis quae a teneris statim annis imbibimus usuque longo tenemus, nostras nostrae aetatis opiniones subiiciamus et propria eorum vis ex

---

71) Platonem quidem liberare gestiunt falsa ironia, non ex animi sententia, omnia in Cratylo prolata esse dicentes, sed praeter alia multa et hoc neglexerunt viri docti easdem verborum originationes quas in Cratylo, in ceteris quoque dialogis, ubi nullus est facetiis locus et seria omnia aguntur, recurrere.

animo prorsus evanescat, ut si hanc et unde, sit egressa anquirere velimus, quaeque, sonu simillima, sensu diversissima captemus et serio coniungamus, nec opinione victi verum quid sit perspiciamus. Cuius rei exempla non modo Graeci et Latini larga praebent manu,[72]) nos ipsi si nostrorum verborum origines ostendimus hoc maxime laboramus errore. Nec mirum; ut enim qui regiones depingunt, humiles quaerunt sedes ad montium altorumque locorum naturam considerandam, et ut humilia recte considerent montes ascendunt, vel ut principum naturam melius inferiores cognoscunt, populi principes, sic in linguae cuiusdam etymologia et accuratius et rectius, qui alia utuntur hoc est qui illam v. c. ut nos graecam assidua doctrina ex primis haurire coguntur principiis et sua lingua adiuti quae sint utriusque similia quaeve diversa, docentur, quam qui in cunabulis inscii usu adsueti versantur; nec quemquam mihi Alexandrinos obiecturum puto qui non minus quam nos res et verba dudum erepta et denuo in vitam revocanda tractabant.

Valde autem notandum, illum explicandi morem omnium maxime Thucydidem adamasse, ut ipsum Platonis Prodicum interdum facientem verba audire censeas, idque non uno in loco, quod casu fieri potuit, sed multis ut de industria haec auctorem dedisse pateat, qua de re apud recentiores qui tam multa de Thucydide eiusque scribendi ratione declamant, ne γρῦ quidem est invenire; mihi primus observasse visus sum, sed antiquis quos pauca latuerant, bene iam erat notum, etiamsi non eo quo volumus modo prolatum; egregia enim plerumque ratione parum exacta et satis rudi tradunt, ut plurimi dicti veritatem, nisi rem ipsi perscrutantur, raro perspiciant ideoque temere despiciant. Exstat scholion a vetusta manu scriptum apud Dukerum in adnotatt. pag. 648. b.: *ἰστέον ὅτι καὶ τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκιδίδης Αἰσχύλου καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο*[73]), *εἰς δὲ τό γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων*

---

72) Ut *ᾄδης* ab *ἀειδὴς* in Gorgia, Platoni repetitum in Phaedone pag. 53; *πόλις* a *πολὺς* de republ. pag. 79.

73) Dionysius Halic. de verborum compos. pag. 300. Sch. de austera incompta et vetusta dictione locutus haec addit: *ταύτης δέ τῆς ἁρμονίας πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ζηλωταὶ κατά τε ποίησιν καὶ ἱστορίαν*

τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα, εἰς δὲ τὴν λέξιν ΠΡΟΔΙΚΟΝ ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα· εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Σωκρατικούς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους· τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν, εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν ποιητήν. Ex Marcellino Antyllum hoc vidisse docemur, qui in vita pag. XIII. Bkk.: ἐζήλωσε δὲ ἐπ᾽ ὀλίγον, ὥς φησιν Ἄντυλλος, καὶ τὰς ΓΟΡΓΙΟΥ παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις εὐδοκιμούσας κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ μέντοι καὶ ΠΡΟΔΙΚΟΥ τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν· μάλιστα δὲ πάντων ὅπερ εἴπομεν ἐζήλωσεν ὉΜΗΡΟΝ καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν καὶ τοῦ κάλλους καὶ τοῦ τάχους.

Sed ut dictorum veritatem ostendamus, quaedam id genus loca afferre licet,

I, 69. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπ᾽ ἔχθρᾳ τὸ πλέον ἢ αἰτίᾳ νομίσῃ τάδε λέγεσθαι· αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἁμαρτανόντων, κατηγορία δὲ ἐχθρῶν ἀδικησάντων [74]).

καὶ λόγους πολιτικοὺς· διαφέροντες τῶν ἄλλων· ἐν μὲν ἐπικῇ ποιήσει ὅ τε Κολοφώνιος Ἀντίμαχος καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικός, ἐν δὲ μελοποιΐᾳ, Πίνδαρος, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ Αἰσχύλος, ἐν δὲ ἱστορίᾳ Θουκιδίδης, ἐν δὲ πολιτικοῖς λόγοις Ἀντιφῶν.

[74]) Isocrates Panegyr. cap. 36. ἔστι δὲ οὐχ οἷόν τε ἀποτρέπειν τῶν ἁμαρτημάτων οὐδ᾽ ἑτέρων πράξεων πείθειν ἐπιθυμεῖν, ἢν μή τις ἐῤῥωμένως ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἁμαρτάνουσι· χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας; ubi pessime Markl. κατηγορεῖν scribendum putat. Ceterum conf. Thucyd. III, 61. τοὺς μὲν λόγους οὐκ ἂν ᾐτησάμεθα εἰπεῖν εἰ καὶ αὐτοί... μὴ ἐπὶ ἡμᾶς τραπόμενοι κατηγορίαν ἐποιήσαντο καὶ περὶ αὐτῶν ἔξω τῶν προκειμένων καὶ ἅμα οὐδ᾽ ᾐτιαμένων πολλὴν τὴν ἀπολογίαν καὶ ἔπαινον ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο, et Isocrat. Helenes encom. § 14. φησὶ μὲν γὰρ ἐγκώμιον γεγραφέναι περὶ αὐτῆς, τυγχάνει δ᾽ ἀπολογίαν εἰρηκὼς ὑπὲρ τῶν ἐκείνῃ πεπραγμένων· ἔστι δ᾽ οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἰδεῶν οὐδὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἔργων ὁ λόγος ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον· ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπ᾽ ἀγαθῷ τινὶ διαφέροντας.

I, 41. *δικαιώματα μὲν οὖν . . . ἔχομεν . . παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε ἣν οὐκ ἐχθροὶ ὄντες ὥστε βλάπτειν, οὐδ' αὖ φίλοι ὥστ' ἐπιχρῆσθαι ἀντιδοθῆναι ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι φαμὲν χρῆναι... φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα ἣν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ἦ, πολέμιόν τε τὸν ἀντιστάντα ἣν καὶ τύχῃ φίλος ὤν, ἐπεὶ καὶ τὰ οἰκεῖα χεῖρον τίθενται φιλονεικίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα.* et cap. 43. *τὸ δ' ἴσον ἀνταπόδοτε γνόντες τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν καιρόν, ἐν ᾧ ὅτε ὑπουργῶν φίλος μάλιστα, καὶ ὁ ἀντιστὰς ἐχθρός.*

II, 37. *χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους... καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν, δημοκρατία κέκληται· μέτεστι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους πρὸς τά ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τήν ἀξίωσιν . . . οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται.*

II, 62. *ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι· αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀπαθίας εὐτυχοῦς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίγνεται, καταφρόνησις δὲ ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν, ὃ ἡμῖν ὑπάρχει.*

I, 122. *οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες ταῦτα ἐπὶ τὴν πλείστους δὴ βλάψασαν καταφρόνησιν κεχωρήκατε, ἣ ἐκ τοῦ πολλοὺς σφάλλειν τὸ ἐναντίον ὄνομα ἀφροσύνη μετωνόμασται.*

III, 39. *τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, ἀπόστασις μέν γε τῶν βιαιόν τι πασχόντων ἐστι, ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι.*

I, 82. *εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν, ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξομεν. ἐγκλήματα μὲν γὰρ καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν*

οἷόν τε καὶ καταλῦσαι, πόλεμον δὲ ξύμπαντας ἀραμένους ἕνεκα τῶν ἰδίων ... οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς θέσθαι.

I, 71. λύουσι γὰρ σπονδὰς οὐχ οἱ δι' ἐρημίαν ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι.

I, 141. μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι.

II, 89. ἀντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους ὥσπερ οὗτοι τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται· οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι, μέγα τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον ἔχοντες ἀντιτολμῶσιν.

III, 30. καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ κενὸν τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον ὃ εἴ τις στρατηγὸς ἔν τε αὑτῷ φυλάσσοιτο καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο.

III, 56. καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως φαίνεσθαι γιγνώσκοντας καὶ τὸ συμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι καὶ τὸ παραυτίκα που ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆται.

V, 105. Λακεδαιμόνιοι γὰρ πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέρονται ξυνελὼν μάλιστ' ἂν δηλώσειεν ὅτι ἐπιφανέστατα ὧν ἴσμεν τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια· et cap. 107 οὔκουν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν μετὰ ἀσφαλείας εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν μετὰ κινδύνου δρᾶσθαι.

I, 84. πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία, εὔβουλοι δὲ

ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι.

V. 111. *οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε· πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἔτι ἐς οἷα φέρονται, τὸ αἰσχρὸν καλούμενον ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει ἐπεσπάσατο ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος, ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετὰ ἀνοίας ἢ τύχης προςλαβεῖν.*

Sed manum de tabula; in uno Thucydide haec magis invenies frequentata, quam in ceteris omnibus qui rarissime nec nisi necessitate quadam adstricti ita loquuntur ut locis supra laudatis Isocrates qui ipse Prodicum audiverat, neque alienum fortasse statuere Thucydidem quoque eodem praeceptore usum esse.

Sed quid alios laudamus quibus ipsius Prodici exemplum ad manus est. Quae enim apud Xenophontem exstant, quamvis Socrates fateatur Memorab. II, 1, 21. *καὶ ΠΡΟΔΙΚΟΣ δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡςαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων ὅσα ἐγὼ μέμνημαι, φησὶ γάρ* ... et 34 *οὕτω πως διώκει*[75]) *ΠΡΟΔΙΚΟΣ τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν· ἐκόσμησε μέντοι, τὰς γνώμας ἔτι μεγαλοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν*, Prodici tamen linguam et dicendi rationem maxime observant, quod iam Philostratus [76]) animadvertit. Locum si accurate inspexeris, quod recentiorum nemo fecit, Prodicum ut vocabulum suo quodque poneretur loco valde annisum esse ex his quoque perspiciemus et multa vocum subtilia discrimina latent. En, adsunt illa ex Platone et Aristotele supra laudata vocabula, quorum nexus quid auctor voluerit satis declarat § 24. *πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς; ἀλλὰ σκοπούμενος διά-*

---

[75] *διῴκει* quod Hemsterh. et Ruhnkenius voluerunt iam dudum legitur in Victorii editione Florent. 1551.

[76]) Vit. Sophist. pag. 496. Olear- *καὶ τί ἂν χαρακτηρίζοιμεν τὴν τοῦ Προδίκου γλῶτταν Ξενοφῶντος αὐτὴν ἱκανῶς ὑπογράφοντος;*

ξεις τί ἂν κεχαρισμένον ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ τί ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. Alia quoque nobis aliunde ignota discrimina hac occasione notabo § 22. κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτὴν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. § 29. ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι διηγεῖται· ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. § 33. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν et supra § 28. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις, ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεοὺς, εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετέον, εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον εἴτε ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν Ἑλλάδα πειρατέον εὖ ποιεῖν κ. τ. λ. quae omnia cum multis aliis in illa fabula non variandi et exornandi modo gratia, sed rite et severe distincta, ut quod de una re usurpatum verbum, alteri adhaerere non posset, a Prodico elata sunt. De vitae contemptione quae leguntur apud Axiochi auctorem pag. 510. Bkk. ubi Socrates se quae in memoria tenuerit, prolaturum esse dicit, nulla eius qualem ex Xenophonte novimus, elocutio apparet; semel tantum ipsius Prodici ingenio dignum invenise puto: κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοὴν, πολλάκις δὲ ἄμφω. Prodici καλλιλογίαν in vulgarem dictionem auctor mutasse videtur, versibus qui adhuc latent interiectis ut pag. 512: ἀλλ' ἡ πολιτίμητος πολιτεία, πολλὰ γὰρ ὑπερβαίνω, διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν, τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλ-

λομένην καὶ σφυγματώδη κ. τ. λ. Eristicum eius ibidem exstat pag. 513. ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος ὅτι ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας, ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν· ὥστε οὔτε περὶ σὲ νῦν ἐστίν, οὐ γὰρ τέθνηκας, οὔτε εἴ τι πάθοις, ἔσται περὶ σέ· σὺ γὰρ οὐκ ἔσει. ubi non minus Axiocho bonus Prodicus vapulat, quam qui facetissima de eius disputandi ratione tradidit, Eryxiae auctori. Hunc fortasse et qui eum secuti sunt, intelligit Aristoteles Rhetoric. III, 2 pag. 165. τῶν δ' ὀνομάτων τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι; παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ· τῷ ποιήτῃ δὲ συνωνυμίαι. De Thucydide cum supra locuti simus, id quodque monendum videtur, quae singularia et ἅπαξ λεγόμενα in hoc exstant, eum non de suo sumpsisse, sed ex sophistarum scholis accepta esse, quod inprimis de grammaticis verborum formis valeat, v. c. eum scripsisse διαγνώμη, non διάγνωσις; κωλύμη, non κώλυσις et quae alia id genus leguntur in illo scriptore accuratius pertractanda.

Sophistas in poetarum interpretatione haud parum elaborasse constat [77]) quod de Prodico diserte confirmatum legimus apud Themistium orat. IV. pag. 113. ἐπεὶ καὶ Πρόδικος καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ μὲν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθοῤῥημοσύνην μισθοῦ ἐδιδάσκων τοὺς νέους, ὁ δὲ τὰ Σιμωνίδου τε καὶ ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος, σοφισταὶ ὅμως καὶ ἤστην καὶ ἐλεγέσθην. quae quamvis quibusdam ex solo Platonis Protagora ducta videantur, res tamen omni exempta est dubitatione, vel in iis quae supersunt in Axiocho pag. 511, eius poetarum amor elucet, Epicharmi verbum supra laudatum [78]) semper in ore habuit, Archilochi versum apud Eryxiae auctorem pag. 552. promit.

Erat autem homo satis modum tenens ut hunc innocentissimum omnium fuisse sophistam dixeris, quod in arte quoque eum fecisse memorabilis docet Platonis locus in Phaedro pag. 81: Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον, τά τε

---

77) Wolf. Prolegg. in Homerum pag. CLXVI.
78) Vid. not. 66.

αὖ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου, καινά τ' ἀρχαίως τά τ' ἐναντία καινῶς, συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον· ταῦτα δὲ ἀκούων ποτέ μου ΠΡΟΔΙΚΟΣ ἐγέλασε καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνην· δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων. ΦΑΙ. Σοφώτατά γε ὦ Πρόδικε.

Similia de Hippia Eleo traduntur, quem cum ut πάνσοφος ἀνὴρ totam quam nos dicere solemus antiquitatem mente comprehensam auditores suos doceret, linguam quoque tractasse, necessario inde consequitur. Et apud Platonem in Hippia Maiore Socrates dicit pag. 418: ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν; eadem in minore pag. 210, nisi quod ibi loco δυνάμεως legitur ὀρθότητος. Ergo is iam quod ne nunc quidem perfectum, ab initio exiens de verborum compositione quaedam certe notavit; nunc etymologiam et syntaxin attingunt, de tertia graviori parte, compositione, silent. Illa de litteris omnino ad prima grammatices rudimenta pertinent v. c. privativum et intensivum. Plato haud dubie accentuum quoque doctrinam, quam Hippiam Thasium inprimis exercuisse accepimus [79]), in animo habuit; illa enim aetate horum signis nondum inventis haec et similia singulis litteris et verborum rhythmo erant adnumeranda.

Dialogum composuit Hippias, Τρωικὸς inscriptum [80]), quo Nestor Neoptolemo ea praecipit quae facere debeat ut vir bonus et fortis sit et videátur; sic sophistae ethici quoque generis explanandi initium fecerunt. Auctor ipse apud Platonem in Hippia Maiore pag. 419. orationis argumentum dilucide ostendit: περί γε ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ ἔναγχος αὐτόθι [Λακεδαίμονι] εὐδοκίμησα διεξιὼν ἃ χρὴ τὸν νέον ἐπιτηδεύ-

79) Nota in Homero lenis eius emendatio δίδομεν in διδόμεν. Vid. Wolf. l. l. pag. CLXVIII; alia leguntur apud schol. in Aristot. sophist. elench. ut θάλης et θαλῆς, ἄγνος et ἀγνός.

80) Philostratus Sophist. vit. pag. 495.

ειν. ἔστι γάρ μοι περὶ αὐτῶν πάγκαλος λόγος συγκείμενος καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι· πρόσχημα δέ μοί ἐστι καὶ ἀρχὴ τοιάδε τις τοῦ λόγου· ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω, λέγει ὁ λόγος ὅτι Νεοπτόλεμος Νέστορα ἔροιτο ποῖά ἐστι καλὰ ἐπιτηδεύματα ἃ ἄν τις ἐπιτηδεύσας νέος ὢν εὐδοκιμώτατος γένοιτο· μετὰ ταῦτα δὲ λέγων ἐστὶν ὁ Νέστωρ καὶ ὑποτιθέμενος αὐτῷ πάμπολλα νόμιμα καὶ πάγκαλα· τοῦτον δὴ καὶ ἐκεῖ ἐπεδειξάμην καὶ ἐνθάδε μέλλω ἐπιδεικνύναι.

De elocutione eius Philostratus dicit, quod facile exspectes: *ἡρμήνευε δὲ οὐκ ἐλλιπῶς, ἀλλὰ περιττῶς καὶ κατὰ φύσιν, εἰς ὀλίγα καταφεύγων τῶν ἐκ ποιητικῆς ὀνομάτων* [81]).

Neque Periclem, neque Alcibiadem quidquam litteris mandatum reliquisse, docet Ruhnken hist. crit. pag. XXXVIII. quae eadem repetita exstant in nova editione Fabric. biblioth. tom. 2. pag. 726. De Pericle quidem cuius orationes Cicero ambigue affert quasque iam Quintilianus spurias indicavit quamvis re non ea qua debebat arte tractata verum vidit. [82]) Fieri enim potuit ut quae Quintiliano ad manus erant commentitiae essent, nec Periclem nihil scripsisse inde evincas. Et facile omnia Ruhnkenii dicta labefactantur, ne dicam omnino concidunt, si Aristotelem Periclis funebrem orationem laudasse memineris, Rhetor. I, 7, pag. 39. *καὶ τὸ μεγάλου μέγιστον μέρος· οἷον Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη*, et ne esse *μνημονικὸν ἁμάρτημα* credas item III., 10 pag, 185, quem locum Dionysius laudat pag. 733, *τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατὰ ἀναλογίαν ὥσπερ Περικλῆς ἔφη τὴν νεότητα τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ οὕτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως ὥσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι* [83]). Nonne hic plenus fidei et omnibus posteriorum

---

81) Si quis qualis eius in Platone appareat attendit, eam antithesi non carere inveniet ut pag. 411: *εἴωθα μέντοι ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν, εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων.*

82) Conf. Manso. pag. 7.

83) Vulgo *ἐξέλῃ*.

testimoniis longe praeferendus auctor? et sane cum haec ex auctoritate sola sint ponderanda, nisi alia vel Aristotele maior obstaret auctoritas, a vulgata illa sententia discedens Periclis orationes exstitisse crediderim; nunc ut eandem quam Ruhnkenius insistam viam maxime me movet Plato, testis locuples, qui Phaedrum pag. 62. ita loquentem producit: *σύνοισθά που καὶ αὐτὸς ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοί τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα, ἑαυτῶν δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου μὴ σοφισταὶ καλῶνται,* ubi Periclem intelligendum esse et sensus flagitat et in scholiis notatum; refutat quidem Socrates Phaedri dictum *ψηφισμάτων* laudans auctores, at hoc ipsum ad Periclem pertinet de quo Plutarchus pag. 604. Reisk. *ἔγγραφον μὲν οὐδὲν ἀπολέλοιπε πλὴν τῶν ψηφισμάτων.* His similia in Protagora. Iam si quid ille scriptum reliquisset, ne mendacii argueretur Plato haud dubie omnium maxime cavisset. Thucydidi si Periclis oratio funebris quam ille praesens recitatam fortasse audiverat, edita esset, ea ad verbum ab oratore composita, ne alienis iam satis notis sua immisceret, inserenda erat; at haec et ingenio et dicendi rationi Thucydidi tam apta est ut neminem qui eius esse neget fere existimem.

Quae quum firma sint, iam quomodo Aristoteles cum his conveniat quaerendum; non omittendum philosophum non integrum Periclis locum eiusque verba, variant enim, afferre, sed metaphoram solam pulcre ab illo usitatam laudare, quam aut fando translatam aut quod haud scio an sit verius, ex libro illius aetatis rhetorico ubi talia notata invenit, Antiphontis vel alius sumptam suis mandavit scriptis Aristoteles; sic et alia quae apud hunc leguntur ut III, 4. pag. 172 *καὶ ἡ Περικλέους [μεταφορὰ] εἰς Σαμίους ἐοικέναι αὐτοὺς τοῖς παιδίοις ἃ τὸν ψωμὸν δέχονται μὲν κλαίοντα δέ· καὶ εἰς Βοιωτοὺς ὅτι ὅμοιοι τοῖς πρίνοις· τούς τε γὰρ πρίνους ὑφ᾽ αὑτῶν κατόπτεσθαι καὶ τοὺς Βοιωτοὺς πρὸς ἀλλήλους μαχομένους·* et III, 10 pag. 186 *καὶ Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως* et III, 18 pag. 211. *οἷον Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δὲ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀτέλεστον ἀκούειν, ἤρετο*

εἰ οἶδεν αὐτός· φάσκοντος δὲ, καὶ πῶς, ἀτέλεστος ὤν. Haec singula apophtegmata, de Pericle servata. Clarorum virorum orationes ab rhetoribus posterioribus exercitationis causa elaboratae vel sine auctoris nomine emittebantur, unde factum ut alii ipsius Periclis, Niciae aliorumque esse sibi persuaderent; sententiae horum ad artis praecepta fictae saepius apud Hermogenem et scholiastas leguntur.

Alcibiades an scriptorum sit adnumerandus ordini nec ne equidem nescio; Ruhnkenius pag. XXXIX. quae dicit de Sopatri loco, vix ipse crediderit, alia melior ratio ex Demosthene hausta est; sed huic quoque non multum esse tribuendum et solemnem esse formulam *ὥς φασι*, recte iam Buttmannus ad Midian. pag. 80. vidit ipse orationes non exstitisse censens. Fortasse vere; sed cum mera sit coniectura neque contraria opinio possit refutari simul vani illius hominis ingenio scripta non inepte conveniant, rem ut incertam in medio relinquamus.

Hos duos quamvis nihil ad nostrum faciunt finem me in transitu tetigisse ignoscant lectores; illud de Pericle melius certe erat ostendendum.

Itaque antequam Siculorum schola Athenas venisset, apud Graecos sophistarum opera ars oratoria sensim emersit, qui si cui vellent, quod maxime volebant, persuadere, ut in dicendo essent bene versati, primum erat quod flagitaretur. Omnino Graeci sophistae et quos diximus et alii minus noti recte et dilucide eloqui studebant, et si uno vocabulo omnia comprehendamus, Graeci *ὀρθοέπειαν*, Siculi *εὐέπειαν* elaborabant, sed posterius iam latius erit demonstrandum.

Maximam omnium gloriam facultate sua loquendi assecutus est Gorgias Karmantidis filius, discipulus Tisiae, quem tum primum cum legationem in patriae suae auxilium obiisset Athenas venisse Diodorus XII, 53. loco noto et memorabili his verbis testatur;

Ἐπ' ἄρχοντος Εὐκλέους ... κατὰ Σικελίαν Λεοντῖνοι Χαλκιδέων μὲν ὄντες ἄποικοι, συγγενεῖς δὲ Ἀθηναίων ἔτυχον ὑπὸ Συρακουσίων πολεμούμενοι· πιεζόμενοι δὲ τῷ πολέμῳ καὶ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῶν Συρακουσίων κινδυνεύοντες ἁλῶναι κατὰ κράτος, ἐξέπεμψαν πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας ἀξιοῦντες τὸν δῆμον βοηθῆσαι τὴν ταχίστην καὶ τὴν πόλιν ἑαυτῶν

ἐκ τῶν κινδύνων ῥύσασθαι· ἦν δὲ τῶν ἀπεσταλμένων ἀρχιπρεσβευτὴς ΓΟΡΓΙΑΣ ὁ ῬΗΤΩΡ δεινότητι λόγου πολὺ προέχων πάντων τῶν καθ᾽ ἑαυτόν. οὗτος καὶ τέχνας ῥητορικὰς πρῶτος ἐξεῦρε· οὗτος οὖν καταντήσας εἰς τὰς Ἀθήνας και παραχθεὶς εἰς τὸν δῆμον διελέχθη τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τὰς συμμαχίας καὶ τῷ ξενίζοντι τῆς λήξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους, διαφέρουσιν ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καί τισιν ἑτέροις τοιούτοις ἃ τότε μὲν διὰ τὸ ξένον τῆς κατασκευῆς ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο, νῦν δὲ περιέργειαν ἔχειν δοκεῖ καὶ φαίνεται καταγέλαστον πλεονάκις καὶ κατακόρως τιθέμενον· τέλος πείσας τοὺς Ἀθηναίους συμμαχῆσαι τοῖς Λεοντίνοις οὗτος μὲν θαυμασθεὶς ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐπὶ τέχνῃ ῥητορικῇ τὴν εἰς Λεοντίνους ἐπάνοδον ἐποιήσατο.

Idem supra in Prolegg. ad Hermogenem iam vidimus quem Troilus sequitur sophista apud Montefalc. Bibl. Coisl. pag. 595, a Diodoro tamen qui Gorgiam domum revertisse narrat, paululum discedens: *τὸν δὲ Γοργίαν Ἀθηναῖοι κατέσχον καὶ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας παρέσχον αὐτῷ μαθησομένους.* Legatum ut quid effecisset cives suos ipse certiores faceret, in patriam profectum paulo post denuo Athenas venisse non improbabile est.

At idem Gorgias Suidae Periclis dicitur praeceptor, Philostratus quoque Gorgiam a Pericle sene auditum fuisse tradit, quae minime cohaerent; illo enim anno, Olymp. LXXXVIII, 2. Pericles vita iam decesserat. Wesselingius ad Diodori locum difficultatem ut tolleret Gorgiam iam ante illud tempus Athenas profectum videri dicit. Ita dudum sensit Cresollius Theatr. Rhetorum I, 6. Subscribit Ruhnkenius de Antiphonte pag. 798. Reisk. et verissimum hoc esse ex ipso colligi Philostrato pag. 493, Gorgiam narrante Athenienses contra Persas incitasse et eos qui in pugna Salaminia cecidissent oratione funebri decorasse, quae vulgaris nunc est sententia, conf. Fabric. tom. II. pag. 746. Harl. Sed prius illud Philostratum dubium

narrare

narrare omiserunt docti; dicit enim pag. 492: διαλεχθεὶς δὲ Ἀθήνησιν ἤδη γηράσκων εἰ μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐθαυμάσθη, οὔπω θαῦμα· ὁ δὲ οἶμαι καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην νέω ὄντε, Θουκιδίδην δὲ καὶ ΠΕΡΙΚΛΕΑ ἤδη γηράσκοντε· Ergo ipsius est coniectura non magni facienda aeque de Thucydide atque de Pericle. Alterum quod Ruhnkenius dicit Gorgiam in pugna Salaminia occisos laudasse maximi sane esset momenti, sed ut taceam temporum rationes non bene convenire [84]), ne verbum quidem de illo praelio apud Philostratum exstat et bonus vir loco levissime inspecto sibi ipsi confinxit [85]), quod ut omnes videant, en Philostrati verba, pag. 493:

ὁ δὲ ἘΟΛΥΜΠΙΚΟΣ λόγος ὑπὲρ τοῦ μεγίστου αὐτῷ ἐπολιτεύθη· στασιάζουσαν γὰρ τὴν Ἑλλάδα ὁρῶν ὁμονοίας σύμβουλος αὐτοῖς ἐγένετο τρέπων ἐπὶ τοὺς βαρβάρους καὶ πείθων ἆθλα ποιεῖσθαι τῶν ὅπλων μὴ τὰς ἀλλήλων πόλεις, ἀλλὰ τὴν τῶν βαρβάρων χώραν.

ὁ δὲ ἘΠΙΤΑΦΙΟΣ ὃν διῆλθεν Ἀθήνησιν εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων [πολεμίων?] πεσοῦσιν οὓς οἱ Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ξὺν ἐπαίνοις ἔθαψαν, σοφίᾳ δὲ ὑπερβαλλούσῃ ξύγκειται, παροξύνων τε γὰρ τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ Μήδους τε καὶ Πέρσας, καὶ τὸν αὐτὸν νοῦν τῷ Ὀλυμπικῷ ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὁμονοίας μὲν τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας οὐδὲν διῆλθεν, ἐπειδὴ πρὸς Ἀθηναίους ἦν ἀρχῆς ἐρῶντας ἣν οὐκ ἦν κτήσασθαι μὴ τὸ δραστήριον αἱρουμένους, διέτρεψε δὲ τοῖς τῶν Μηδικῶν τροπαίων ἐπαίνοις, ἐνδεικνύμενος

---

84) Apud Photium pag. 486. Bkk. cuius locus revera corruptus videtur, cum de Antiphonte dicitur: ὁ δὲ χρόνος ἦν καθ' ὃν ἤκμαζεν, ἐν ᾧ διαπέπρακται τὰ Περσικὰ ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς Ruhnkenius de Antiph. pag. 797. ex Pseudoplut. ὀλίγῳ νεώτερος corrigit; lenius et probabilius fortasse γεγονότος auferendi casu.

85) Errorem ut nunc video, notavit iam Manso l. l. pag. 12. not. y. nihil de tempore ex Philostrati verbis concludi posse monens; videtur tamen Gorgias quem postea Athenas denuo venisse nusquam traditur, non multum post adventum illas orationes habuisse, quo et Platonis Protagoras dictus fingitur.

αὐτοῖς ὅτι τὰ μὲν κατὰ τῶν βαρβάρων τροπαῖα ὕμνους ἀπαιτεῖν, τὰ δὲ κατὰ Ἑλλήνων θρήνους[86]).

Tanta igitur historiae cognitione erat Ruhnkenius, ut iam tum Graecos inter se factionibus, veluti in bello Peloponnesiaco, de quo hic sermo est, divisos et Athenienses communis capessendi imperii cupidissimos sciret. Rara nobis accidit fortuna ut huius epitaphii fragmentum quod optime rhetoris docet rationem dicendi, infra adscribendum ex scholiis in Hermogenem redderemus.

Quid si Gorgiam nunquam fuisse Periclis praeceptorem luculento firmare possumus auctore? Platonem dico qui Italis oratoribus multas quibus auditorum obtunderent aures iactantibus figuras, sanum opponit Periclem quem si e mortuis reviisceret, inanes has res irrisurum illosque non rhetoricen, sed quae hanc praecedant artem invenisse dicturum esse pronunciat [87]). Periclem si hac Gorgiae sive iuvenis sive senex disciplina usus esset, haec vel similia dicere potuisse apud Platonem doceri velim; aut ille contraria et falsa diceret aut Plato errorem nullo modo excusandum commisisset. Immo certissimum hoc est argumentum non modo Gorgiam Periclem non erudisse, sed eloquentiam Siculam tunc Athenis prorsus

---

86) Haec ipsius, ni fallor, Gorgiae sunt verba quae in usum suum vertit Isocrates Panegyr. cap. 42. εὕροι δ' ἄν τις ἐκ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὕμνους πεποιημένους, ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Ἕλληνας θρήνους ἡμῖν γεγενημένους καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾀδομένους, τῶν δὲ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμᾶς μεμνημένους. de cuius panegyrico dicit Theon progymn. pag. 4. edit. princ. εὕροις δ' ἂν καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ Πανηγυρικῷ τὰ ἐν Λυσίου ἐπιταφίῳ καὶ τῷ ὀλυμπικῷ et Photius pag. 487, τάχα δ' ἄν τις αὐτὸν αἰτιάσαιτο κλοπῆς ἐξ ὧν ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ αὐτοῦ πολλὰ τῶν κατὰ τοὺς ἐπιταφίους λόγους εἰρημένων Ἀρχίνῳ τε καὶ Θουκιδίδῃ καὶ Λυσίᾳ ὑπεβάλετο. sed verius Pseudo-Plut. pag. 239. Hutt. (quae neutrum ex eodem auctore haec sua descripsisse docent) τὸν δὲ πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, ὃν μετενηνοχέναι ἐκ τοῦ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου. Quod si illae Gorgiae orationes superessent, optimas inde Isocrati sententias repetitas aspiceremus.

87) Vid. Plat. Phaedrus pag. 85. seq. Bkk.

fuisse ignotam quod alius quoque firmat apud Platonem locus [88]).

Alium huic adiungam auctorem non levem, Timaeum, de quo Dionysius Halicarn. in Lysiae iudicio pag. 458. Reisk. *ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις ὡς μὲν ΤΙΜΑΙΟΣ φησι, Γοργίου ἄρξαντος ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ, ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμενος Θουκιδίδης τοὔνομα δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων ἔν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον.*

Mire Timaeo fidem derogat Dionysius; sub belli enim finem quo suos libros elaborabat Thucydides, Gorgiae doctrina diu multumque erat vulgata. Itaque Dionysius ipse huic opinioni non multum tribuisse videtur quum alibi Gorgiam principem fuisse fateatur. Est locus apud Scholiastam Hermogenis pag. 378. dignus qui adscribatur: *οἱ μὲν πρὸ ἡμῶν*) ποιητικὸν μὲν ἐξηγοῦνται τὸν πεποιημένον καὶ ἐπιτηδευμένον λόγον πρὸς τὸ τοιούςδε τοὺς ἀκούοντας καταστῆσαι, ὡς οὐ ποιητικὸν δὲ καὶ γὰρ τὴν ΟΥ ἄρνησιν τῷ ῥητῷ προςτίθεσαν, τὸν ἐπιτετηδευμένον μὲν, μὴ μέντοι δοκοῦντα. ἄμεινον δὲ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ Διονυσίῳ ἑπομένους ποιητικὸν μὲν λόγον φάναι τὸν τροπικῇ τε καὶ μεταφορικῇ καὶ διθυραμβώδει συνθήκῃ συντεθειμένον, ὁποία ἡ ΓΟΡΓΙΟΥ τοῦ ῥήτορος φράσις· πρῶτον γὰρ ἐκεῖνος, ὥς φησιν ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, χαρακτήρων καὶ συνθέσεως ὀνομάτων**), τὴν ποιητικὴν καὶ διθυραμβώδη λέξιν εἰς τοὺς πολι-*

---

88) Plat. Hippias Maior pag. 411.

*) Cod. Monac. VIII. *προοιμῶν*; om. Aldus et quocum semper consentit Cod. Monac. CCCXXVII.; iidem om. *μὲν* et *ὡς*; desunt item verba *καὶ γὰρ — προςετίθεσαν* ex cod. VIII. suppleta qui infra hanc sententiam omittit scribens *ὡς ποιητικὸν δὲ λόγον εὐρυθμίας*; ibi legendum *ἀλλ' οὐκ οὐ ποιητικόν*.

**) Aldus cum altero codice *ὁ Διονύσιος*; codex apud Morellium Bibl. Divi Marci tom. I. pag. 301: *ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ χαρακτήρων*.

τικοὺς εἰσήνεγκε λόγους. ὡς ποιητικὸν μὲν λόγον, καὶ γὰρ οὕτω τινὲς γράφουσιν, ἀλλ᾽ οὐ ποιητικὸν, τὸν εὐρυθμίας μὲν καὶ ἁρμονίας ὁμαλῆς κατειληφότα κατὰ περίοδον καὶ κῶλον ἐς ἀπηκριβομένην σύνθεσιν, τὴν δέ γε διθυραμβώδη καὶ ποιητικὴν συνθήκην ἥκιστα ζηλώσαντα οἵα τίς ἐστιν ἡ τοῦ Ἰσοκράτους φράσις περὶ ἧς καὶ Διονύσιος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν χαρακτήρων ὡδί πως λέγει [pag. 538. Reisk.] τῶν τε γὰρ.. ἐκλυούσας τὴν ἁρμονίαν... ἐκτρέπεται... μέτρου. ὅθεν καὶ πλείστους ἰάμβους παρ᾽ αὐτῷ καὶ Δημοσθένει ῥάδιον εὑρεῖν. et paulo post:
ἔτι γε μὴν ἐν τῷ περὶ μιμήσεως φησὶ ὅτι ΓΟΡΓΙΑΣ μὲν τὴν ποιητικὴν ἑρμηνείαν μετήνεγκεν ἐς λόγους πολιτικοὺς οὐκ ἀξιῶν ὅμοιον τὸν ῥήτορα τοῖς ἰδιώταις εἶναι· ΛΥΣΙΑΣ δὲ τοὐναντίον ἐποίησε· τὴν γὰρ φανερὰν ἅπασι καὶ τετριμμένην λέξιν ἐζήλωσεν ἔγγιστα νομίζων εἶναι τοῦ πεῖσαι τῶν ἰδιωτῶν τὸ κοινὸν τῆς ὀνομασίας καὶ ἀφελές.

Gorgias cum praestantissimus haberetur orator multosque invenisset quorum gloria non minus esset clara discipulos, Pericles quoque a recentioribus, seu ut Gorgiae augeret famam sive ut egregii innotesceret oratoris praeceptor, eorum est additus numero [89]).

Oratione sua, Athenis cum verba fecisset, eum omnium in concione perculisse animos, uno pronuntiant ore scriptores; quod si verum, Gorgiam novo ante Atheniensibus non audito more locutum fuisse probatur. Quae et qualis eius eloquentiae quae auditores tantopere commoverit, ratio fuisset, veteres iam notaverunt. Audaciores metaphorae multum ei frequentatae, nimia poetarum licentia in suam translata regionem, effeminata quaedam et numeris dulcis lectio, peregrina et inusitata verba, interdum Athenis fortasse ne intellecta quidem, immodicus figurarum usus quibus iam dicta denuo dicerentur, tales deliciae et festivitates usque redeuntes veluti Sicula mensa multiplici instructa dapum et voluptatum genere,

---

89) Conf. Naeckius de Choerilo Samio pag. 21. seq.

audientium animos simplici et paene horrida Graecorum elocutione assuctos oratori conciliarunt et ad admirationem adduxerunt.

Θεός ἐστιν αὐτοῖς, ἄν τιν' ἰδιώτην πόθεν
λάβωσιν εἰσελθόντα, διαπειρώμενον
τῆς τῶν λόγων ῥώμης, ταράττειν καὶ κυκᾷν
τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
τοῖς ἀπλανέσι, τοῖς μεγέθεσι, νουβιστικῶς.

Prodici autem *ἐπιδείξεις* verbis eleganter quidem quaesitis et recte collocatis, quod Siculi minus curasse videntur, ne dicam paucis tantum deorum scilicet filiis qui solvendo essent, patuisse, poetico tamen vestitu nitidoque colore quo Gorgias suas dicitur ornasse orationes, omnino destitutae erant. Haec ex Siculorum poesi quasi haereditate in eloquentiam traducta, a Gorgia et qui hunc comitati sunt, Tisia, Polo aliisque, primis Athenas deportata multos Graecorum poetas ut hanc aeque atque illam sibi vindicarent alliciebant. Talia grandiloqua vulgus ad plaudendum inprimis concitant nec minus quam certa argumenta persuadendi habent vim.

De poetarum dictione in oratione soluta quae dicit Aristoteles Rhet. III, 1. pag. 163., si non arcte premis, vera sunt: *ἐπεὶ δ' οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο οἷον ἡ Γοργίου· καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί· δηλοῖ δὲ τὸ συμβαῖνον. οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς τραγῳδίας ποιοῦντες ἔτι χρῶνται τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν τετραμέτρων εἰς τὸ ἰαμβεῖον μετέβησαν διὰ τὸ τῷ λόγῳ τοῦτο τῶν μέτρων ὁμοιότατον εἶναι τῶν ἄλλων, οὕτω καὶ τῶν ὀνομάτων ἀφήκασιν ὅσα παρὰ τὴν διάλεκτόν ἐστιν.* Exstant quaedam singulae lectiones quibus Gorgias usus esse dicitur: apud Aristotelem Rhetor. III, 3. pag. 169.: *τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν, ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν, οἷον ΛΥΚΟΦΡΩΝ τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν τῆς μεγαλοκορύφου γῆς καὶ ἀκτὴν δὲ στενοπόρον· καὶ ΓΟΡΓΙΑΣ ὠνόμαζε πτωχόμουσος κόλαξ,*

ἐπιορκήσαντας καὶ κατευορκήσαντας [90]); apud Longinum pag. 10. Weisk. *ὅπου δ' ἐν τραγῳδίᾳ, πράγματι ὀγκηρῷ φύσει καὶ ἐπιδεχομένῳ στόμφον, ὅμως τὸ παρὰ μέλος οἰδεῖν ἀσύγγνωστον, σχολῇ γ' ἂν οἶμαι λόγοις ἀληθινοῖς ἁρμόσειεν· ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου ΓΟΡΓΙΟΥ γελᾶται γράφοντος Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς καὶ Γύπες ἔμψυχοι τάφοι* [91]) *καί τινα τῶν ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥΣ κ. τ. λ.* iterum apud Aristotelem pag. 171. *καὶ ἔτι τέταρτον τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται . . . οἷον ΓΟΡΓΙΑΣ χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα· σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας· ποιητικῶς γὰρ ἄγαν . . . Τὸ δὲ ΓΟΡΓΙΟΥ εἰς τὴν χελιδόνα, ἐπεὶ κατ' αὐτοῦ πετομένη ἀφῆκε τὸ περίττωμα, ἄριστα τῶν τραγικῶν· εἶπε γὰρ Αἰσχρόν γε ὦ φιλομήλα· ὄρνιθι μὲν γὰρ εἰ ἐποίησεν, οὐκ αἰσχρόν· παρθένῳ δὲ αἰσχρόν. εὖ οὖν ἐλοιδόρησεν εἰπὼν ὃ ἦν, ἀλλ' οὐχ ὃ ἔστιν* [92]). apud schol. in Platonis

---

90) Ita Lobeckius ad Phrynichum pag. 561, quod et in graecis scholiis legitur; vulgo *ἐπιορκίσαντας καὶ κατευορκίσαντας.* Scholiastae verba haec sunt: *πτωχόμουσον ἤτοι τὸν πένητα κατὰ τὸ λέγειν καὶ κολακεύειν καὶ ἀνεπιτήδειον· οὐ γὰρ πρὸς κόλασιν ἡ τοιαύτη λέξις ἁρμόζει ῥηθῆναι [ἀνεπιτήδειον] ἀλλὰ πρὸς γραμματικόν. τὸ ἐπιορκῆσαι λέγεται ἐπὶ τοῦ ψευδῶς ὀμόσαντος, οὐχ ἁρμόζει τὸν ἁπλῶς ψευσάμενον εἰπεῖν ἐπιορκήσαντα· καὶ τὸ κατευορκῆσαι λέγεται ἐπὶ ἀληθῶς ὀμόσαντος· οὐχ ἁρμόζει δὲ ἡ λέξις αὕτη ῥηθῆναι ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς εἰπόντος τὸ ἀληθὲς οἷον ὅτι ὑπὲρ γῆν ὄντος τοῦ ἡλίου ἡμέρα ἐστίν.*

91) Hermog. pag. 90. Edit. Ald. *εἰ δὲ ὑπερβαῖεν ἐπὶ πλέον αἱ τροπαί, σκληρότερον ποιοῦσι τὸν λόγον ὥσπερ καὶ τὸ ἐκνενευρισμένοι* [Demost. pag. 37, 3.] *καὶ τὸ πεπρακὼς ἑαυτὸν* [pag. 345, 5.] *καὶ τὸ λωποδυτῶν τὴν Ἑλλάδα· περαιτέρω δὲ τούτων εἰ προέλθοιεν καὶ παχύτερον καὶ σχεδὸν εὐτελέστερον αὐτὸν ποιοῦσι· παράδειγμα τούτου Δημοσθενικὸν οὐκ ἂν λάβοις, παρὰ δὲ τοῖς ὑποξύλοις τουτοισὶ σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις· τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσιν ὧνπερ εἰσὶ μάλιστα ἄξιοι καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρεύονται πάμπολλα.* Illa ex orationibus supra laudatis sumpta videntur.

92) In Codice Monac. VIII. fol. 42. verso Gorgiae exstant dicta quae si is auctor esset, cum suae aetatis oratores non multum laudasse ostenderent: *Γοργίας ὁ ῥήτωρ ἔλεγε τοὺς φιλοσοφίας μὲν ἀμελοῦντας περὶ δὲ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα γινομένους ὁμοίους εἶναι*

Gorgiam pag. 339. Bkk.: *χειρούργημα καὶ κύρωσις· οὐκ εἴρηται, αἱ δὲ λέξεις ΓΟΡΓΙΟΥ ἐγχώριοι· Λεοντῖνος γὰρ ἦν.* et paulo infra: *σκόπει ὡς κῦρος εἶπε Πλάτων, οὐ κύρωσιν καθὰ Γοργίας.*

Conferas Catonis vel aliorum eiusdem aetatis fragmenta quae dispersa ex orationibus servantur cum Ciceronis illa pro Milone et quantam elocutionis varietatem inter hos invenies, tantam, immo maiorem inter Graecos et Gorgiam fuisse certum est. Aquila Romanus pag. 165. figuras ad ornandam et quasi pingendam orationem accommodatas quibus princeps Gorgias Leontinus, sed sine modo usus sit, exponens non minus quam quattuor viginti, quarum maxima certe pars tum iam usu frequentata erat, enumerat. Sed etiamsi eius generis avidior erat eoque intemperantius abutebatur[93]), non ubique tamen Gorgiam puerilem fuisse putandum est. Legitur quidem apud Dionysium Halic. de Isaei iudicio pag. 365. tom. VII. Reisk. *ΓΟΡΓΙΑΝ μὲν τὸν Λεοντῖνον ἐκπίπτοντα τοῦ μετρίου καὶ πανταχοῦ παιδαριώδη γιγνόμενον ὁρῶν;* sed in Codice Bodleiano supra scriptum est *πολλαχοῦ* quod Reiskio frustra renitente reponendum est, ipsius enim Dionysii est dictio, non a sedulo quodam profecta lectore; nam de Lysiae iudicio pag. 458. idem Dionysius: *δηλοῖ δὲ τοῦτο ΓΟΡΓΙΑΣ τε ὁ Λεοντῖνος ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον.* Haec ipsa sunt illa supra puerilia vocata; *πανταχοῦ* si dedisset Dionysius, non *γιγνόμενον* sed *ὄντα* erat scribendum.

Apologiam Palamedis Gorgiae esse iam Fulvius Ursinus vir in paucis eruditus addubitabat[94]), de Helenes vero encomio nostra quae sit sententia, hac occasione data enodemus. Unus

---

τοῖς μνηστῆρσι οἱ τὴν Πηνελόπην ἐθέλοντες ταῖς θεραπαινίσιν αὐτῆς ἐμίγνυντο· ὁ αὐτὸς τοὺς ῥήτορας ἔφη ὁμοίους εἶναι βατράχοις· τοὺς μὲν γὰρ ἐν ὕδατι κελαδεῖν, τοὺς δὲ ἐν τῇ γῇ.

93) Vid. Ciceronis orator cap. 52.

94) Conf. Fabric. Biblioth. tom. II. pag. 804. Harl. Reiske Orat. gr. tom. VII, pag. 365. Wolfii Prolegomena ad Homerum pag. LI. et LXVI

Bekkeri codex inscribit: *Γοργίου Λεοντίνου*, alius *Γοργίου ῥήτορος*, ut an ille Gorgias rhetor Ciceronis de quo plura apud Ruhnkenium dubites[95]). Sed supra iam hoc nomine eum nuncupatum non semel legimus et ex animi Gorgiae est sententia [96]). Est autem haec oratio ante quam Isocrates suam de Helene laudationem conscriberet, publici facta iuris; haec ipsa enim est quam respicit eandem tractans rem auctoremque non nominatum qui encomium scripsisse arbitraretur cum mera esset apologia[97]), leniter perstringens. Et sic in fine exstat: *ἐβουλήθην γράψαι τὸν λόγον Ἑλένης μὲν ἐγκώμιον, ἔμον δὲ παίγνιον.* Addit Isocrates se a praecessore iam occupata non repetiturum esse et sane ita est. Quod testimonium vetustatem orationis abunde declarat; ineptus enim esset qui ad Isocratis

---

95) Bellin de Ballu pag. 105. *Les deux miserables declamations qui nous sont parvenues sous son nom, l' Eloge d' Hélène et l' Apologie de Palamede ne sont certainement pas de lui. je les crois d' un sophiste de même nom qui vivoit du tems de Cicéron.*

96) Plat. Gorg. pag. 7. *ΣΩ. Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλειν; ΓΟΡ. Ἀγαθόν γε ὦ Σώκρατες, ἐι δὴ ὅ γε εὔχομαι εἶναι ὡς ἔφη Ὅμηρος βούλει μὲ καλεῖν;* et in Menone pag, 379. *καὶ Γοργίου μάλιστα ὦ Σώκρατες ταῦτα ἄγαμαι ὅτι οὐκ ἄν ποτε αὐτοῦ τοῦτο ἀκούσαις ὑπισχνουμένου ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων· ἀλλὰ λέγειν οἴεται δεῖν ποιεῖν δεινούς.*

97) Nisi hoc, ut videtur, maxime notare voluit Isocrates, eum non *ἐγκώμιον Ἑλένης*, sed *Ἑλένη* inscripsisse crediderim; sic *Βούσειρις*, non *Βουσείριδος ἐγκώμιον*, sic *Εὐαγόρας* ubi alii libri *Εὐαγόρου ἐγκώμιον* contra Grammaticorum testimonia; sic *Φίλιππος*, ante *πρὸς Φίλιππον*; adde Aristotelem Rhet. III, 14. pag. 197: *ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα τὸ τῆς Ἰσοκράτους Ἑλένης προοίμιον, οὐδὲν γὰρ οἰκεῖον ὑπάρχει τοῖς ἐριστικοῖς καὶ Ἑλένῃ*: (at hausit hoc Isocrates argumentum ex illo auctore qui dicit: *ἄνδρα δὲ καὶ γυναῖκα καὶ λόγον καὶ ἔργον καὶ πόλιν καὶ πρᾶγμα χρὴ τὸ μὲν ἄξιον ἐπαίνου ἐπαίνῳ τιμᾷν, τῷ δὲ ἀναξίῳ μῶμον ἐπιθεῖναι· ἴση γὰρ ἁμαρτία καὶ ἀμαθία μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ καὶ ἐπαινεῖν τά μωμητά·* quam ut longius explanaret sententiam Isocrates in suam retulit orationem; ita non per se posita est, sed ad ludi de quo quaerimus, pertinet auctorem.) et pag. 210. *ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἐν τῇ Ἀντιδόσει.* Titulus orationis *περὶ εἰρήνης* vel *περὶ τῆς εἰρήνης* etiam vetustis laudatur grammaticis; alter vero *Συμμαχικός* magis ex Isocratis est more et ab Aristotele Rhet. III, 17. pag. 209. agnoscitur.

orationem hanc apologiam mala fide fictam et supposititiam putaret. Iam auctoris nomen si ibi notatum exstaret, omnis evanesceret dubitatio; nunc hoc ipsum est quod quaerimus, Gorgias an alius huius ludi sit auctor. Antitheses quidem et isocola multaeque figurae ut verbo respondeat verbum, rite emensae et ad nauseam usque repetitae sunt, quod unum ut veteri illi sophistae tribueretur efficere potuit; Gorgiam enim hanc orationem non conscripsisse ex ipsius Isocratis praefatione encomio praemissa evincam.

Invehitur in prioris et suae aetatis sophistas atque philosophos [98]), qui in rebus subtilibus atque nullius utilitatis tempus terentes inveteraverunt hisque adiicit:

> ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις ἐγγεγενημένην καὶ τούτους ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν εὑρημένων φιλοτιμουμένους, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτῶν· νῦν δὲ τίς ἐστιν οὕτως ὀψιμαθὴς ὅστις οὐκ οἶδε Πρωταγόραν καὶ τοὺς κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιστάς, ὅτι καὶ τοιαῦτα καὶ πολὺ ταύτων πραγματωδέστερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῖν; πῶς γὰρ ἄν τις ὑπερβάλοιτο ΓΟΡΓΙΑΝ τὸν τολμήσαντα λέγειν ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἔστιν ἢ Ζήνωνα τὸν ταὐτὰ δυνατὰ καὶ πάλιν ἀδύνατα πειρώμενον ἀποφαίνειν ἢ Μέλισσον... ἀλλ᾽ ὅμως οὕτω φανερῶς ἐκείνων ἐπιδειξάντων ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι περὶ ὧν ἄν τις πρόθηται ψευδῆ μηχανήσασθαι λόγον, ἔτι περὶ τὸν τόπον τοῦτον διατρίβουσιν.

pergit Isocrates tam multos esse querens qui pessima quaeque

98) Antisthenem et quod quibusdam fortasse mirum videatur, Platonem intelligit his primis verbis: εἰσί τινες οἳ μέγα φρονοῦσιν ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι· καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ᾽ εἶναι ψευδῆ λέγειν οὐδ᾽ ἀντιλέγειν οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν, οἱ δὲ διεξιόντες ὡς ἀνδρία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταὐτόν ἐστι καὶ φύσει μὲν οὐδὲν αὐτῶν ἔχομεν, μία δ᾽ ἐπιστήμη καθ᾽ ἁπάντων ἐστίν.

omni evehentes laude bona et utilia negligant; auctorem vero Helenes magna dignum esse laude § 14.:

διὸ καὶ τὸν γράψαντα περὶ τῆς Ἑλένης ἐπαινῶ μάλιστα τῶν εὖ λέγειν τι βουληθέντων ὅτι περὶ τοιαύτης ἐμνήσθη γυναικὸς ἣ καὶ τῷ γένει καὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ δόξῃ πολὺ διήνεγκεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτον μικρόν τι παρέλαθεν κ. τ. λ.

ex his nostri ludi auctorem vivum adhuc fuisse et Isocratem laudationem recens editam in animo habere constat. Illos autem viros Protagoram, Gorgiam, Zenonem, cum haec conscriberet verba, vita iam esse defunctos superiora ostendunt verba, quod non negligendum; veteres enim si aliorum orationes minus probarent ipsique eandem rem melius studerent tractare, vivos non mortuos carpere veramque docere viam solebant *). Iam si Gorgias auctor est, qua ratione et quo iure quem paulo ante maximis prosciderit conviciis, hunc eundem laudare posset, libenter doceri velim. Alium suae aetatis sophistam, non Gorgiam dudum mortuum, Isocrates intelligit.

Tota haec laudatio exilior et brevior est quam pro Gorgiae ubertate qui omnia undecunque arripiebat, ut dicit Aristoteles Rhet. III, 17. pag. 209.: *ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ καὶ ὃ ἔλεγε ΓΟΡΓΙΑΣ ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτό ἐστιν· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακόν, εἶτα τὸν θεόν.* sed haec tribus noster absolvit verbis. Adde antitheses frequentatas, sed quod magnum est argumentum, non ex illo Gorgiae more esse quem paulo post accuratius videbimus; sunt enim plura antitheseon genera [99]). Deinde tres orationum species distinguuntur, *οἱ τῶν μετεωρολόγων λόγοι — οἱ ἀναγκαῖοι διὰ λόγων ἀγῶνες — τρίτον φιλοσόφων λόγων ἅμιλλαι.* Mirum sane si Gorgias nondum facto illo discidio haec ut usitata commemorasset. Denique veteres de hac Gorgiae laudatione nihil cognitum habent.

---

*) Tacite in hunc invehitur *περὶ ἀντιδοσ.* § 16. seqq. ubi de Gorgiae dicendi ratione plura disputantur.

99) Vide Theophrastum *περὶ λέξεως* apud Dionys. Halic. de Lysiae iudicio pag. 189, cuius verba infra exhibebimus.

Quod si ut nobis videmur Gorgiam auctorem huius encomii non esse satis probavimus, porro quis sit qui composuerit erit quaerendum in quo tantum abest, ut veram meam sententiam, nihil enim quo lis haec dirimatur, quantum equidem scio traditum est, pronunciem, ut si veritati prope accedens et probabile sit quod dicam sufficiat. Auctor huius laudationis videtur Polycrates, notus sophista, praecedens aetate Isocratem [100]), quem hic tamen in meliorem traducere viam non veritus est. Illum Athenis clarum fuisse Pausanias docet pag. 376.: *ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥΣ οὐ τὰ ἔσχατα ἐνεγκαμένου διδασκαλείου τοῦ Ἀθήνησι, τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐπίπροσθεν ΓΟΡΓΙΑΝ ὁ Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας ἐποιήσατο.* Quibus quantum sit tribuendum, nescio; Isocrates quidem se eum nunquam vidisse fatetur nec si celeber fuisset, victus causa Cyprum migrasset. Polycrates inprimis sese in laudandis levissimis rebus exercuit multasque scripsisse videtur orationes [1]). Laudationem in mures affert Aristoteles Rhetor. II, 24. pag. 155.: *ἄλλος [τόπος] διὰ τὸ συμβεβηκὸς οἷον ὃ λέγει ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ εἰς τοὺς μῦς ὅτι ἐβοήθησαν διατραγόντες τὰς νευράς,* ad quae scholiasta: *Πολέμων ἱστορεῖ τοὺς ἀμφὶ Τρωάδα κατοικοῦντας ἀπὸ χρησμῶν τινῶν ἐπιχωρίους μῦς σέβεσθαι διὰ τὸ τὰς νευρὰς τῶν τόξων τῶν πολεμίων φαγεῖν.* Conf. schol. Venet. ad Iliad. I, 39. ex qua oratione sumptum quod idem pag, 153. tacite: *ἓν δὲ τὸ παρὰ τὴν ὁμωνομίαν ὡς τὸ φάναι σπουδαῖον εἶναι μῦν, ἀφ᾽ οὗ γ᾽ ἐστὶν ἡ τιμιωτάτη πασῶν τελευτή· τὰ γὰρ μυστήρια πασῶν τιμιωτάτη τελετή.* Aliud huius generis legimus apud Menandrum rhetorem pag. 611. Ald. *ἀμέλει ὅταν χύτρας ἐγκωμιάζωμεν ἢ ψήφους ὡς ΠΘΛΥΚΡΑΤΗΣ οὐ πάντως καὶ τεθαυμακότες τὴν χύτραν ἢ τὰς ψήφους ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ γυμνάζοντες ἑαυτοὺς πιθανοῖς τισὶ λόγοις* [2]).

---

100) Isocrat. Busiris § 50; omittit quidem codex Γ a prima manu *καὶ νεώτερος ὤν*, sed etiam ex Pausania Polycratem Isocrate maiorem natu fuisse apparet.

1) Isocrates: *τῶν δὲ λόγων τινὰς ὧν γέγραφας αὐτὸς ἀνεγνωκώς.*

2) Si quis *ἁλῶν ἐγκώμιον* e Polycratis manibus exiisse ostendere posset de quo Plato in convivio pag. 379. : *ἀλλ᾽ ἔγωγε ἤδη τινὶ*

Contra hunc primum composuit Isocrates Busiridem eumque ibi ab iniustis et inanibus dissertationibus avocat, nec dicto non audisse videtur Polycrates qui Helenam, Agamemnonem, Thrasybulum, aliosque laudare coepit. Eum Lysiae dicendi genus secutum esse, Dionysius Halic. de Isaei iudicio pag. 367. monet, sed idem quae affert, aliud ostendunt; dicit enim:

> *ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ δὲ κενὸς μὲν ἐν τοῖς ἀληθινοῖς, ψυχρὸς δὲ καὶ φορτικὸς ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, ἄχαρις δὲ ἐν τοῖς χαριεντισμοῦ δεομένοις ἐστί,*

et ne quid dubii de loquendi ratione supersit, hunc antitheses aliasque frequentasse figuras Demetrius qui vulgo Phalereus audit [3]), *περὶ ἑρμενείας* § 120 pag. 70. Fisch. tradit:

> *καίτοι τινὲς φασι δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλα λέγειν καὶ σημεῖον τοῦτο ἡγοῦνται ὑπερβαλλούσης δυνάμεως.*

ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα συχνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα, actum esset de nostra coniectura; huius enim auctorem in praefatione Isocrates quoque perstringit § 12. *τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἅλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν, οἱ δὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἀγαθῶν ἢ καλῶν ἢ τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ λέγειν ἐπιχειρήσαντες πολὺ καταδεέστερον τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντες εἰρήκασιν..* Itaque idem atque Helenes laudationis auctor esse non posset; sed illud nemo docere valet nec probabile Platonem hominem alienum et obscurum, quamvis non ex animi sententia, *σοφὸν ἄνδρα* appellasse; praeter hunc enim alii erant qui talia tractarent. Ni fallor intelligitur Alcidamas.

3) De huius Demetrii aetate locum nondum editum qui verum coniecisse doctos declarat, ex Syriani commentario in Hermog. *περὶ ἰδεῶν* Cod. Monac. VIII, fol. 16. b. seq. proferamus: *εἰ δὲ καὶ διηνοήθησάν τινες ἐπιγράψαι τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὸ πόσον αὐτῶν συστῆσαι, τηνάλλως ἐποίησαν ὧν εἷς ἐστιν ὁ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. οὗτος γὰρ τρεῖς εἶναι χαρακτῆράς φησι τὸν ἰσχνὸν, τὸν μέσον, τὸν ἁδρόν. ὁ δε ΊΠΠΑΡΧΟΣ προστίθησι τόν τε γραφικὸν καὶ τὸν ἀνθηρόν. ὁ δὲ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ἐκβάλλει τὸν γραφικὸν τοῖς τέτρασιν ἀρεσκόμενος* [vid. § 36. seqq.], *ἀλλ' εἰ καὶ συνέστειλαν οὗτοι φασὶ τοὺς χαρακτῆρας καὶ ὡρισμένον τῷ δοκεῖν αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποδεδώκασιν. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀκατάληπτοι πάλιν εἰσί. πολλοὺς γὰρ ἰσχνοὺς εὑρήσομεν πῇ μὲν ἐπίτασιν δεξαμένους, πῇ δὲ μείωσιν πάλιν· ὅταν γὰρ ἐπὶ τὸν ἁδρὸν ὁ ἰσχνὸς προβαίνῃ μὴ γιγνομένης ἰσοῤῥόπου τῆς κράσεως τοὺς χαρακτῆρας ἀπαρνεῖται τοὺς γ·*

ἐγὼ δὲ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ ἐγκωμιάζοντι Ἀγαμέμνονα[4]) *ἐν ἀντιθέτοις καὶ μεταφοραῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τρόποις· ἔπαιζε γὰρ, οὐκ ἐσπούδαζε καὶ αὐτὸς τῆς γραφῆς ὁ ὄγκος παίγνιόν ἐστι. παίζειν μὲν δὴ ἐξέστω ὥς φημι, τὸ δέ πρέπον ἐν παντὶ πράγματι φυλακτέον.* Itaque se ludere tantum professus est quod idem in fine nostrae orationis, *ἐμὸν δὲ παίγνιον* ingenii exercendi gratia.

Quae omnia Polycratem hanc orationem scribere potuisse eiusque ingenio satis aptam esse declarant; cum autem revera non alium illam dedisse non probant; at quoscunque illius aetatis sophistas paucos sane fama nobis auditos inspexeris, praeter Polycratem vix ulli, ut v. c. Alcidamanti, verisimiliter affigi potest.

Haec mea sententia satis habebo si non prorsus absona videatur [5]).

Gorgiam imitari studet in convivio Agathonis oratio quam cum Sophistae elocutioni proxime accedat, cuivis accurate attendendum est; inprimis finis vere est Gorgianus omnia cumulans et quo magis fiat oratio grandiloqua in antithesi nil nisi dicti contrarium cum negatione, *ἀναδιπλώσεις* inferens v. c. *πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων, φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυσμενείας,* nec inficete Socrates *Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ* memorat. Aliud quo poeta ibi cum Gorgia certare videtur, est dictorum *ἀνακεφαλαίωσις;* quae qualis sit quaedam exhibeamus; etenim in principio: *ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν ᾗ χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν.*

---

4) Ita vetustus et optimus codex R, vulgo *ἐγωμιάζοντι ὡς Ἀγαμέμνονα.*

5) Scitum ad Helenam defendendam dictum ab Aristotele laudatur Rhetor. II, 24. pag. 155. *ἄλλος [τόπος] παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ πότε καὶ πῶς οἷον ὅτι δικαίως Ἀλέξανδρος ἔλαβε τὴν Ἑλένην· αἵρεσις γὰρ αὐτῇ ἐδόθη παρὰ τοῦ πατρός· οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ μέχρι τούτου κύριος·* quod neque in Isocratis laudatione neque in hoc cuiuscunque encomio exstat; fortasse ex alia de Helene oratione quae plures fuisse videntur [vid. Isocr. fine] haustum, non ex Aristotelis mente quem semper ex aliorum laudare scriptis exempla supra monuimus.

iam paulo post φημὶ οὖν ἐγὼ ... ἔρωτα ... κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον. ἔστι δὲ κάλλιστος ὢν τοιόςδε· πρῶτον μὲν νεώτατος θεῶν ... νέος μὲν οὖν ἐστι· πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός ... νεώτατος μὲν δή ἐστι καὶ ἁπαλώτατος· πρὸς δέ ... περὶ μὲν οὖν κάλλους τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα ἱκανὰ καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται· περὶ δὲ ἀρετῆς ἔρωτος ταῦτα λεκτέον ... πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ σωφροσύνης πλείστης μετέχει ... περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας τοῦ αὐτοῦ εἴρηται· περὶ δὲ σοφίας λείπεται, et sic tota oratio ut omnia in auditorum mente firma inhaereant, hoc tautologiae genere scatet.

Sed mittamus imitationem et ipsum iam audiamus loquentem Gorgiam quo quanta sit arte imitatus Plato recte perspicere possumus. Memorabile illud fragmentum funebris orationis cuius supra mentionem fecimus ex Dionysii libris deperditis asservatum a scholiasta Anonymo Hermogenis legitur pag. 412.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ὁ πρεσβύτερος[6]) ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ χαρακτήρων περὶ ΓΟΡΓΙΟΥ λέγων τάδε φησίν: δικανικοῖς μὲν οὖν αὐτοῦ οὐ περιέτυχον λόγοις, δημηγορικοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ τισι καὶ τέχναις τοῖς δὲ πλείοσιν ἐπιδεικτικοῖς τῆς δὲ ἰδέας αὐτοῦ τῶν λόγων τοιοῦτος ὁ χαρακτήρ· ἐγκωμιάζει δὲ τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύσαντας Ἀθηναίων:

> Τὶ γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ὧν δεῖ ἀνδράσι προςεῖναι; τί δὲ καὶ προςῆν ὧν οὐ δεῖ προςεῖναι: εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δὲ ἃ δεῖ λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον· οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν ἀρετὴν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητὸν, πολλὰ μὲν δὴ τὸ παρὸν ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες, πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας λόγων

---

[6]) Ita Codex Monac. VIII. fol. 520. b.; ὁ πρεσβύτερος om. Ald. et cod. CCCXXVII; paulo post Cod. VIII. λέγει; Aldus cum altero codice sic: περὶ Γοργίου τάδε φησὶν ὅτι τῆς ἰδέας αὐτοῦ τῶν λόγων mediis omnibus omissis. Infra alter codex ὧν οὐδέσι προςεῖναι.

ὀρθότητος· τοῦτο νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν [7]) καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν, καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ, γνώμην τὴν μὲν βουλεύοντες, τὴν δὲ ἀποτελοῦντες, θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον, ἀόργητοι [8]) πρὸς τὸ πρέπον, τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον, ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. μαρτυρίας δὲ τούτων τρόπαια ἐστήσαντο [9]) τῶν πολεμίων Διὸς μὲν ἀγάλματα, τούτων δὲ ἀναθήματα, οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου Ἄρεος, οὔτε νομίμων ἐρώτων, οὔτε ἐνοπλίου ἔριδος, οὔτε φιλοκάλου εἰρήνης, σεμνοὶ μὲν πρὸς [10]) τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ, δίκαιοι πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει. τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος ἐν οὐκ ἀσωμάτοις σώμασι ζῇ οὐ ζόντων [11]).

---

7) *καὶ λέγειν* om. Cod. VIII. qui supra *προκρίνοντϊ* habet; ibi Aldus cum altero codice *ὀρθότητα*; infra *ὧν δεῖ* ex codice altero, *ὧν δ' εἰ* Cod. VIII., *ὧν δὴ* Aldus. Fort. desunt: *καὶ ἐᾶν*.

8) Ita codex CCCXXVII, *εὐέργητοι* Codex VIII, *ἀόρτιτοι* Aldus, *ἀήττητοι* Hardio. Supra Codex VIII. *αὐθάδειος* qui infra *τῷ τε γνώμης*.

9) Fort. *ἔστησαν* nisi poetarum more locutus est Gorgias; supra Aldus *μαρτυρία*· Lysias Epitaph. § 53 *τρόπαιον δὲ στήσαντες καλλίστου μὲν αὐτοῖς ἔργου, αἰσχίστου δὲ τοῖς πολεμίοις, οἱ μὲν οὐκέτι τοῖς σώμασιν, οἱ δὲ οὔπω δυνάμενοι κ. τ. λ.* Codex VIII. *ἀνθήματα*.

10) Aldus *ἐς. τοὺς θεοὺς* paulo post Cod. VIII. ut supra *κόσμοι* pro *κόσμιοι*.

11) Ita uterque codex; Aldus *οὐκ ἐν ἀσωμάτοις σώμασι*; supra Cod. VIII. *συναπέθανε* conf. Anthol. tom. II. pag. 379. Lysias

σεμνὰς γὰρ ἐνταῦθα συμφορήσας λέξεις ὁ ΓΟΡΓΙΑΣ ἐννοίας ἐπιπολαιοτέρας ἐξαγγέλλει τοῖς τε παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καὶ ὁμοιοκατάρκτοις καλλωπίζων διόλου προςκόρως τὸν λόγον.

Ex Olympica oratione prima verba leguntur apud Aristotelem Rhet. III, 14. pag. 197: *λέγεται δὲ τὰ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοίμια ἐξ ἐπαίνου ἢ ψόγου, οἷον ΓΟΡΓΙΑΣ μὲν ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ λόγῳ: Ὑπὸ πολλῶν ἄξιοι θαυμάζεσθαι ὦ ἄνδρες Ἕλληνες*[12]*· ἐπαινεῖ γὰρ τοὺς πανηγύρεις συνάγοντας. Ἰσοκράτης δὲ ψέγει.* ex alia apud eundem pag. 201.: *τούτων δὲ ἕνεκα προοιμίου δεῖται ἢ κόσμου χάριν, ὡς αὐτοκάβδαλα φαίνεται ἐὰν μὴ ἔχῃ· τοιοῦτον γὰρ τὸ ΓΟΡΓΙΟΥ ἐγκώμιον εἰς Ἐλείους· οὐδὲν γὰρ προεξαγκωνίσας οὐδὲ προανακινήσας εὐθὺς ἄρχεται; Ἦλις πόλις εὐδαίμων.*

Dignus vero est quem admiremur Gorgias qui primus rem et difficillimam et gravissimam aggrederetur ut non modo quae sit pulcra et suavis lectio, sed cum pulcrum minus apte collocatum nullam habeat vim potiusque laedat, opportunitatis etiam quo in loco quidque sit adhibendum praecepta daret; dicit Dionysius Halic. de verborum compositione pag. 73. Goeller: *ἐπὶ πάντων οἴομαι δεῖν τὸν καιρὸν ὁρᾶν· οὗτος γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀηδίας κράτιστον μέτρον. καιροῦ δὲ οὔτε ῥήτωρ οὐδεὶς οὔτε φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν· οὐδ' ὅσπερ πρῶτος ἐπεχείρησε περὶ αὐτοῦ γράφειν, ΓΟΡΓΙΑΣ ὁ Λεοντῖνος οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἔγραψεν, οὐδὲ ἔχει φύσιν τὸ πρᾶγμα εἰς καθολικὴν καὶ ἔντεχνόν τινα περίληψιν*

§ 81. *ἐγὼ μὲν οὖν αὐτοὺς καὶ μακαρίζω τοῦ θανάτου καὶ ζηλῶ καὶ μόνοις τούτοις ἀνθρώπων οἶμαι κρεῖττον εἶναι γενέσθαι οἵτινες ἐπειδὴ θνητῶν σωμάτων ἔτυχον, ἀθάνατον μνήμην διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν κατέλιπον.* Illa Gorgiae quoque ex orationis fine sumpta videntur. Infra Aldus *τοῖς δὲ παρίσοις . . . πρόσκορον.*

[12]) Conf. Quintil. III, 8. pag. 274. Victorii codex optimus R. *ὀλυμπικῷ*, ceteri *ὀλυμπιακῷ*. Scholiasta graecus: *ἔπαινον ἔχει τὸ τοῦ Γοργίου προοίμιον ὃ ἐποίησεν ἐπαινῶν τὰ Ὀλύμπια οἷον ὑπὸ πολλῶν ἄξιος* [sic] *θαυμάζεσθαι ὦ Ἕλληνες. τοῦτο τὸ προοίμιόν ἐστι τοῦ Γοργίου.*

περίληψιν πεσεῖν, οὐδ' ὅλως ἐπιστήμῃ θηρατός ἐστιν ὁ καιρὸς ἀλλὰ δόξῃ. Qua in re Gorgias iam tres omnino partes separasse videtur,[13]) ut accurate et ad dicentem et ad audientem et ad rem ipsam, in quibus omne versatur decorum et *εὔκαιρον* adverteret iisque praecepta sua accomodaret. Ex hoc libro si quid video locus servatus est apud Aristotelem Rhet. III, 18, pag. 212.: *περὶ δὲ τῶν γελοίων ἐπειδή τινα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ δεῖν ἔφη ΓΟΡΓΙΑΣ*[14]) *τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ, ὀρθῶς λέγων, εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, ὧν τὸ μὲν ἁρμόττει ἐλευθέρῳ, τὸ δὲ οὔ.*

Quod si nihil magni momenti praestitisse videtur, principem fuisse in hac re tractanda magna laus est simulque difficultas cum haec sensu magis et longa exercitatione quam scientia percipi et diiudicari possint, iure eum excusat. Difficillimam autem hanc esse opportunitatem suaeque aetatis sophistas et magistros, quibus ut saepius Gorgiam quoque intelligere videtur, neque docuisse neque tenuisse, Isocrates quem hunc locum maxime in arte sua expolivisse coniicio, in oratione contra sophistas pag. 831. Bkk. tradit quae verba et Hermog. schol. pag. 379. laudat. Quibus similia dicit Hermogenes pag. 136. Ald. *ἔστι δὲ τοῦτο μεγάλης καὶ τελειοτάτης ἐπιστήμης οἶμαι τὸ χρῆσθαι τοῖς καιροῖς εἰδέναι καὶ δύνασθαι· ἡ γὰρ ὡς οὕτως* [leg. *ὄντως*] *δεινότης αὐτή ἐστι τὸ τοῖς εἴδεσι ἅπασι τοῦ λόγου καὶ πάσαις ἐννοίαις εἰδέναι πότε δεῖ καὶ ποῦ καὶ πρὸς ὅντινα καὶ πῶς καὶ ἐφ' οἷς χρῆσθαι καὶ μὴ μόνον εἰδέναι ἀλλὰ καὶ δύνασθαι.*

Libros de arte rhetorica eum composuisse alii negant, alii affirmant. Diodori quidem vel Suidae verba: *οὗτος πρῶτος τῷ ῥητορικῷ εἴδει τῆς παιδείας δύναμίν τε φραστικὴν καὶ τέχνην ἔδωκε,* non tam ad leges libris mandatas quam ad artem qua usus orationes suas elaborabat, referenda

---

13) Conf. Dionys. Halic. de Lysiae iudicio pag. 175. Reisk.

14) *ἔφη* quidem dicit Aristoteles, non *φησί,* ut fando magis traditum et acceptum quam ex scriptis haustum censeas; sed scriptores non tam accurate distingunt ut non et illud hoc modo positum inveniatur; vid. Boekh. Philolaus pag. 185.

sunt. Sed Diogenes Laert. VIII, 58. dicit: *ΓΟΡΓΙΑΝ γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ* [Empedoclis] *γενέσθαι μαθητὴν ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα.* et incertus auctor Prolegg. in Hermog. apud Morellium Catal. Venetae tom. I, pag. 300.: *ΓΟΡΓΙΑΣ ὁ Λεοντῖνος κατὰ πρεσβείαν ἐλθὼν Ἀθήνησι τὰς συγγραφείσας παρ' αὐτῶν* [Corace et Tisia] *ἐκόμισε καὶ αὐτὸς ἑτέραν προςέθηκε· καὶ μετ' αὐτὸν Ἀντιφῶν ὁ Ῥαμνούσιος ὁ Θουκιδίδου διδάσκαλος λέγεται τέχνην γράψαι· μετὰ ταῦτα δὲ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ· καὶ πᾶσαι μὲν αὗται δημαγογικαὶ τέχναι ἦσαν οὐδὲν περὶ στάσεων ἔχουσαι κεφαλαίων.* Denique supra pag. 78. ex Codice VIII. Dionysii testimonium protulimus dicentis se artes quoque quasdam Gorgiae offendisse. Quintilianus quoque huius artem agnoscit III, 1, pag. 212. His obstare videntur duo Aristotelis loci, quorum unus ex artium historia legitur apud Ciceronem in Bruto cap. 12. his verbis: *artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse; nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto dicere; scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes quae nunc communes appellantur loci. Quod idem fecisse GORGIAM quum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quod iudicaret hoc oratoris maxime esse proprium rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere.* Quae verba quamvis Gorgiam artem composuisse non distincte negent, mirum tamen si Aristoteles, cum artium scriptores iis qui singulos tantum locos illustrassent opponantur, id notare neglexisset. Sed huic loco nolo multum confidere. Alter vero Gorgiam ne discipulis quidem praecepta quibus eloquentiam cognoscerent, sed de re qualicunque orationum attulisse multitudinem docet, sophist. Elench. pag. 638. Buhle *οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον· οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες παραλαβόντες παρὰ πολλῶν οἷον ἐκ διαδοχῆς τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι. Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον* [15]*), καὶ πολλοὶ*

15) Nota et hic Gorgiam qui Tisiam sequi debebat omissum.

πολλὰ συνενηνόχασι μέρη, διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην... καὶ γὰρ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων ὁμοία τις ἦν ἡ παίδευσις τῇ ΓΟΡΓΙΟΥ πραγματείᾳ [16]). *λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικοὺς, οἱ δὲ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους. διόπερ ταχεῖα μὲν, ἄτεχνος δ' ἦν. ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν. οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης παιδεύειν ὑπελάμβανον· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐπιστήμην φάσκων παραδώσειν ἐπὶ τῷ μηδὲν πονεῖν τοὺς πόδας εἶτα σκυτοτομεῖν μὲν μὴ διδάξειε, μηδ' ὅθεν δυνήσεται πορίζεσθαι τὰ τοιαῦτα, δοίη δὲ πολλὰ γένη παντοδαπῶν ὑποδημάτων· οὗτοσὶ γὰρ βεβοήθηκε μὲν πρὸς τὴν χρείαν, τέχνην δὲ οὐ παρέδωκε.*

Haec Gorgiam ex technicorum numero delendum esse dilucide ostendunt; sed contrarius nobis demonstratur Platonis locus unde eum non modo praecepta, sed in otio sedentem de oratione scribenda artem dedisse credas; leguntur enim in Phaedro pag. 69. haec et dicit Socrates: *ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντι συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας;* et Phaedrus respondit: *καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις ἤ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα.* Facile tamen rem expedire mihi videor; accurate enim si locum excusseris, Aristotelis illius de Gorgia narrationis fides non minuitur, sed firma stat. Plato minime clare suam profert sententiam nec quos intelligat viros Phaedrus perspicit cui cum Nestoris nomini Gorgias, et Ulyssis Thrasymachus maxime convenire videtur, hos quidem appellat, sed ipse dubius addit *τὶς* i. e. Gorgias sive alius huic simillimus, *Γοργίας τις, Θρασύμαχός τις;* ita enim coniungendum, non *Νέστορά τινα* vel

16) Loquitur Aristoteles de arte rhetorica ut ignorem sane quid moverit Schleiermacherum qui haec omnia de Gorgia dicta ad *ἐριστικοὺς* pertinere censet in introductione ad Platonis Euthydemum pag. 404. Edit. novae.

Ὀδυσσέα τινά; Nestoris enim nomen iam a Socrate datum et certum est; Gorgiae ex Phaedri coniectura quae falsa esse possit, haustum. Iam vero quid Socrates respondeat videndum; dicit autem: *ἴσως, ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐῶμεν,* ergo fortasse Gorgiam intelligo. Nonne Platonem de industria et opera dedita obscure loqui neque sententiam suam de illis viris latius explicare in animo habere in his latet? Quod si nulla erat Gorgiae ars vel debuit. Hac ratione Platonis verba minime quid contra Aristotelis evincunt auctoritatem. At illum librum *περὶ καιροῦ* num spurium dicemus? non puto; Aristotelis enim verba non tam stricte explicanda ut Gorgiam nihil omnino nisi orationes scripsisse inde sequeretur, nec Dionysius is erat qui quamvis aetate longa inferior quid genuinum, quid suppositium discernere nesciret; tales autem libros qualis ille *περὶ καιροῦ,* et plures id genus singulos, non totam artem, qui Dionysio sunt supra *τέχναι τινὲς* in quibus et finis rhetorices iam prolatus esse videtur, nostrum edidisse puto, ut subtilem et minimam artis partem ab Aristotele ipso in Rhetoricis omissam, philosophus, qui singularia non considerat, iure suo silentio transire poterat.

Sic eloquentia belli tempestate Athenas iactata, cum Graeci ipsi eam exornare coepissent, nondum vero exculta quasi in cunabulis iaceret, maximo cum plausu excipiebatur. Siculi oratores qui propter exquisitarum sententiarum genus et orationis splendorem in admiratione erant, nimios imitatores invenisse videntur. Hac demum Siculae et Graecae coniunctione quorum alteri *εὐεπείᾳ,* alteri *ὀρθοεπείᾳ* inprimis studebant, ab Atheniensibus excepta factum ut ad tantum eveherent fastigium ut ultro quo procederet non haberet.

Quod si secundum Aristotelis testimonium Gorgias qui propter orationis politissimae lumina et insuetam picturatae orationis dulcedinem mirabilem nactus est gloriam, philosophiam quoque eloquentiae via tractans, artis praecepta auditores suos docere neglexerat, rudimenta haec et principia ex praeceptoris animo scriptis tradere et in vulgus spargere discipuli, Polus, Licymnius, alii susceperunt.

Et de Polo Gorgiae pedisequo illustris exstat locus apud Platonem in Phaedro pag. 82.: *τὰ δὲ ΠΩΛΟΥ πῶς φράσομεν*

αὖ μουσεῖα λόγων; ὃς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν ὀνομάτων τε ΛΙΚΥΜΝΙΩΝ ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐεπείας;

quae verba ut nunc leguntur corrupta esse interpretes quoque viderunt; qua vero ratione restituenda sint nemo vidit omnesque in loco explicando a vero sensu aberrarunt; meam emendationem eo audacius veram pronuncio qui eam de meo factam Bekkeri inspecta varietate multis et bonis postea firmatam intellexi libris quos et Schleiermacherus, hunc enim primum nuper qualis requiratur verborum sententia, attigisse nunc video, in nova versionis editione pag. 393. secutus est. *Λικυμνίων* nominandi esse casum putant eiusdem rhetoris qui ab aliis *Λικύμνιος* audit; velim altero mihi exemplo hanc declinationum mutationem ostendant; scio quidem in terminatione nominum Graecos interdum variasse ut idem et *Ἀλφῖνος* et *Ἀλφίνους* et *Ἀλφίνοος* [17]), item formam patronymicam et primitivam commutari quamvis de hoc merito dubitari potest; sed haec omnia declinationem non exuunt; Licymnio pro Licymnius inauditum; immo arctissime cum *ὀνομάτων* cohaeret et gignendi est casus unde melius in Codice R. *Λικυμνείων*, quod iam dudum vidit Oleareus ad Philostrat. pag. 497. et postea Fabricius ad Sextum Empiricum pag. 700. Illud *ὃς* relativum quod verbo caret finito aliosque ut *πρὸς ποίησιν* in *προςεποίησεν* mutarent commovit, emendandum in *ὡς*, ut quinque Bekkeri libri optimi et vetustissimi, 𝔄. *Δ*. *Φ*. G. T.; sic plena et perfecta evadit sententia nihilque est quod requiramus:

τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα λόγων ὡς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Λικυμνείων ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐεπείας;

explicantur scilicet illa *μουσεῖα λόγων* qualia sint, et tantum abest ut ipsius a Polo compositi libri fuisse videatur inscriptio quae recentiorum est sententia interpretum, ut Platonem voce *λόγος* in technicis illis nominibus ubique frequentata, ut *διπλασιολογία, γνωμολογία, εἰκονο-*

---

[17]) Vid. Ruhnk. histor. crit. orat. graec. pag. XLII. et XC.

λογία [18]), quae verba ille fortasse princeps in lucem produxisse videtur, primum Polo non inficete irridentem cui haec omnia *ἄλογος* erant *τριβή*, haec *μουσεῖα λόγων*, [die Tummelplaetze von *λόγοι*] dixisse mihi persuasum sit. Adde *ὀνομάτων* item dependere a *μουσεῖα* et voci *λόγων* quodammodo opponi ut et hoc, si libri fuisset titulus, ab inscriptione separari non posset. Res ut arbitror in aprico est neque quisquam graece doctus quod ex *ὀνομάτων Λικυμνείων* ad sequentia *Λικύμνιος* sit intelligendus haerebit.

Iam lectione restituta quaeritur de sensu verborum, Hermias pag. 191. *ἐκεῖνος γάρ φησι ἐξεῦρε* [19]) *τὰ πάρισα· διὸ καὶ μουσεῖα λόγων ἐκάλεσεν* [20]), *ἐπειδὴ ἐδόκει τῇ καλλιλεξίᾳ πάνυ κοσμεῖν τὸν λόγον· διπλασιολογίαν δὲ τὸ τὰ αὐτὰ δὶς λέγειν οἷον φεῦ φεῦ.* Haec vero palilogia ad actionem magis quam ad stylum pertinet [21]) quod et Heindorfius sensisse videtur qui *διπλασιολογίαν* ad artem voces compositas fingendi laudato Aristotele Rhetor. III, 3. pertinere putat. Adde Aristotelem III, 2, pag. 165. *τούτων γλώτταις μὲν καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις ὀλιγάκις καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον*, conf. III, 7, pag. 177. At haec singulis conveniunt nominibus (*ὀνόμασι*), non toti sententiae ut ne hoc quidem verum sit. Quod quale sit attulit iam Hermeias haud dubie ex scholiis vetustis, sed quae eius est in rebus rhetoricis inscitia omnia confundit. Polo enim et Platoni *διπλασιολογία* nihil nisi *ἰσόκωλα* et *πάρισα*, cum eadem bis dicuntur, *ἀναδίπλωσις*, veluti *φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυσμενείας*. Ad haec igitur, non ad *μουσεῖα λόγων*, quae in scholiis adnotata, reponenda sunt.

---

18) Aliam vocem *βραχυλογίαν* hunc nostrum locum respiciens addit infra pag. 85: *εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, βραχυλογιῶν τε καὶ εἰκονολογιῶν καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες ὑπ' αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα*, ut si religioso esse hic liceret illam vocem supra excidisse fere dixeris; conf. pag. 91. Bkk.

19) Hoc falsum esse iam Philostratus monet pag. 497: *τῇ γὰρ τοιᾷδε ἀγλαΐᾳ τοῦ λόγου Πῶλος εὑρημένῃ κατεχρήσατο.*

20) Plato scilicet, non ut Heindorfius dicit, Polus.

21) Vid. Aquila Romanus cap. XXX. pag. 175. Ruhnk.

Libros de arte oratoria composuit Polus laudatos a Syriano in scholiis ad Hermogenem pag. 18.: *ΠΩΛΟΣ ὁ Γοργίου μαθητὴς ἘΝ ΤΗΙ ΤΕΧΝΗΙ φησιν: πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν* [addc *ἐμπείρως*] *εὑρημέναι.* Quae eadem verba cum aliis apud Platonem ipse prae se fert Polus in Gorgia pag. 6. :

ΠΩΛ. Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι· ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἑκάστων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν δὲ ἀρίστων οἱ ἄριστοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐστὶν ὅδε καὶ μετέχει τῆς καλλίστης τῶν τεχνῶν.

Hoc igitur est illud *σύγγραμμα* quod Plato infra pag. 35. laudat: *πρᾶγμα ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην ἐν τῷ συγγράμματι ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων* conf. schol. pag. 344. Bkk. Ex Platone sua duxisse Syrianum nec *τέχνης* nomine inscriptum fuisse librum dixeris; prius ignoro, sed Syriano multa nobis deperdita de Polo adesse poterant, nec nisi vero libri fuisset titulus, verba *ἐν τῇ τέχνῃ* de suo addidisset. Iam aspicias Platonis sententiam, Polus primus fere illam rem ut ars esset transmutasse videtur. Quid probabilius quam idem suo libro nomen infixum exstitisse? *σύγγραμμα* dicit Plato, non *ἐν τῇ τέχνῃ* elocutionis et euphoniae gratia.

Orationi pulcre exornandae eum multum studuisse vel eo quod Gorgiae est discipulus liquet et tradit praeter Dionysium Halicarn. etiam scholiasta Hermogenis pag. 401. *Γοργίας μὲν οὖν καὶ Πῶλος σφοδρὰ τοῦ κάλλους πεφροντικότες παντοδαπῶν παρισώσεων πληροῦσι τοὺς λόγους*[22]. *Ἰσοκράτης δὲ ἐπ' ἔλαττον, ὁ δ' αὖ Δημοσθένης ὡς σφοδρότερον τεχνίτης φεύγει κεχρῆσθαι ταύταις προσκόρως.* Vix tamen quidquam novum in tota sua arte quod praeceptor non iam occupasset, protulisse, qui eius ingenium ex Platone in memoria tenent, omnes mihi concedere puto, cui egregie quod Chaerephon ibi dicit, convenit: *τί δ' ὦ Πῶλε, οἴει σὺ κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι;*

---

22) Conf. Hdf. ad Gorgiam pag. 71. qui quae ibi notavit, iam apud Hermogenem inveniuntur.

Gorgiae et Polo tertium adiungit Hermogenes [23]) de elocutione verba faciens, Menonem, notum ex Platonis dialogo Gorgiae item discipulum, quem tamen scripta quaedam reliquisse nusquam legere meminimus.

De Licymnio vero quem hic afferamus, Hermias l. l. dicit: *τὸν Πῶλον ἐδίδαξεν ὀνομάτων τινὰς διαιρέσεις οἷον ποῖα κύρια, ποῖα σύνθετα, ποῖα ἀδελφά, ποῖα ἐπίθετα καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς εὐέπειαν,* quod si Polum peregrinum fuisse in animum induxeris non multum improbabile erit. Fortasse huc pertinet quod apud Suidam: *ἔγραψε . . . περὶ λέξεων,* quamvis hic Polum Licymnii fuisse praeceptorem scribit; nulla enim in recentiorum libris maior quam haec discipulorum et praeceptorum veterum exstat confusio.

Artem rhetoricam edidit Licymnius et in technicis nominibus appellandis quibus orationis partes divideret et distinqueret, poeticas voces et metaphoras audaces, quod reprehendit Aristoteles, adhibuit, Rhetor. III, 13, pag. 197. *δεῖ δὲ εἶδός τι λέγοντα, καὶ διαφορὰν, ὄνομα τίθεσθαι* [24])· *εἰ δὲ μὴ, γίγνεται κενὸν καὶ ληρῶδες οἷον ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ ἐπούρωσιν ὀνομάζων καὶ ἀποπλάνησιν καὶ ὄζους.* Locum minus recte explicuit Victorius, Theodorum de quo ante locutus est Aristoteles notari putans; fefellit enim virum diligentissimum et optimum parva textui inhaerens macula; pro *εἰ δὲ μὴ* reponendum, quamquam verbum *γίγνεται* repugnare videtur, *εἰ δὴ μὴ γίγνεται κενὸν καὶ ληρῶδες.* Hoc vult Aristoteles: si quis novam partem in oratione distinguit, nomine et vocabulo eam esse appellandam, modo ne id inane fiat et nugatorium, ut fecit Licymnius. Nunc sequuntur quaedam exempla, ex eius delibata arte, ut Victo-

---

23) Pag. 136. seq. Ald.: *φαίνεται δὲ λόγος δεινὸς οὐκ ὢν τοιοῦτος, ὃ δὴ καὶ τρίτον ἔφην δεινότητος εἶδος εἶναι, τὸ τῶν σοφιστῶν λέγω τῶν περὶ Πῶλον καὶ Γοργίαν καὶ Μένωνα καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐκ ὀλίγων, ἵνα μὴ πάντων λέγω· γίνεται γὰρ τὸ ἕκαστον περὶ τὴν λέξιν ὅταν τραχείας καὶ σφοδράς τις ἢ καὶ σεμνὰς συμφορήσας εἶτ' ἐξαγγέλλῃ ταύταις ἐννοίας ἐπιπολαίους καὶ κενάς.*

24) Victorii codex B. *ὀνόματι θέσθαι.* fortasse *ὄνομά τι θέσθαι,* ut scholiasta quoque invenisse videtur.

rius iam vidit, non satis integra[25]) ἐπούρωσιν quod Victorius ex vetustissimo suo codice R. edidit, quid dixerit, nemo scit. Codex m. ἐπέρωσιν, codex p. ἐπέρουσιν habet. Ὀνομάζων absolutum positum est quod ferri non potest, cum quid ille ita appellarit, desiderari nequeat; adde ἀποπλάνησιν neque obscurum et ignotum neque inane esse vocabulum, quod frequens offendimus in rhetorum praeceptis. Inde ἀποπλάνησιν meram esse explicationem vocis alienae et poeticae ὄζους docemur, quam item nomini ἐπούρωσιν praepositam excidisse hariolor. Et sane hanc meam coniecturam graeco commentatore, stupidissimo quidem homine sed qui egregia etiam ex veterum scholiis nobis servavit, firmatam video; haec vero ille adnotat fol. 72. b. describam autem locum integrum qualis legitur in Cod. Monac. XC.

> δεῖ δὲ τοὺς λέγοντάς τι εἶδος λόγου οἷον ἀνακεφαλαίωσιν καὶ τοὺς λέγοντας διαφοράν τινος πράγματος θεῖναι καὶ ὄνομα σαφές τι τῷ εἴδει τοῦ λόγου καὶ τῇ διαφορᾷ, πῶς δεῖ ὀνομάζειν αὐτά· εἰ δὲ μή, ἤτοι εἰ δὲ μὴ τιθέασιν ὄνομα σαφὲς τῷ εὐφορηθέντι εἴδει [Fort. ἐφευρηθέντι εἴδει] τοῦ λόγου καὶ τῇ διαφορᾷ, ἀλλ' ἀσαφὲς, λοιπὸν γίνεται κενὸν καὶ σαλὸν τὸ ἐφεύρημα, εἴ γε οὐ δηλοῦται ἡμῖν διὰ τοῦ ὀνόματος τί ἐστιν ἐκεῖνο τὸ εἶδος καὶ ἡ διαφορά. Ὁ Λικύμνιος ῥήτωρ ἦν· τὰς ἐπαναλήψεις ἔλεγεν ἐκεῖνος ἐπορούσεις [codex ἐπωρούσεις]· τὸ οὖν ὄνομα τοῦτο ἐπόρουσίς ἐστιν ἀσαφὲς καὶ οὐ παριστᾷ καὶ δηλοῖ τί σημαίνει, λοιπὸν εἰ οὐ δηλοῖ τί σημαίνει κενόν ἐστι τὸ εἶδος τοῦτο, εἴ γε ἄγνωτόν ἐστιν ἡμῖν. ἐπούρουσις [editio ἐπόρουσις] κυρίως ἐστὶ [τὰ ἐνθυμήματα addit edit.] τὰ συνεπουρίζοντα καὶ βοηθοῦντα τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ ἁπλῶς ὅσα λέγονται βοηθοῦντα τῇ ἀποδείξει καὶ [hoc cod. om.] τοῦ πράγματος ἐκτός ἐστι, λέγονται ἐπορούσεις. ἀποπλάνησιν τινὲς λέγουσι τὴν ἐπιδιήγησιν, τινὲς δὲ τὰ ἔξω τοῦ πράγ-

[25]) Locum sine mendi suspicione vertit Schleiermacherus ad Platon. tom. I. part. I. pag. 393.

ματος λεγόμενα, συμβαλλόμενα δὲ εἰς τὰς ἀποδείξεις καὶ βοηθοῦντα· ὄζους λέγει τὰ ἄκρα ἤτοι τὰ προοίμια καὶ τοὺς ἐπιλόγους.

inde, nam illud de *ἀποπλάνησις* iam refutavimus, alterum de *ὄζους* probabile tantummodo, non verum est, non modo quid Licymnio fuerit *ἐπούρωσις* (ita enim legendum puto) docemur, sed vox ipsa quam excidisse arbitror tradita est ut verba haec ita restituamus:

οἷον Λικύμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ ἐπούρωσιν ὀνομάζων [τὴν] ἐπανάληψιν καὶ ἀποπλάνησιν ὄζους.

ubi verba haec *ἐπανάληψιν* et *ἀποπλάνησιν* sibi optime opposita esse notandum. Et haud scio an neglecta superiori Hermiae explicatione Platonis verba aliter sint intelligenda; videtur enim Polus eosdem terminos et audaces metaphoras a Licymnio primum inventas in suam transtulisse artem indeque Plato illa verba ab hoc ei dono fuisse data scite monere. Dubius tamen hanc meam profero sententiam.

Alius de Licymnio locus iam ab Heindorfio ad Plat. Phaedrum pag. 318. laudatus apud eundem Aristotelem legitur III. 2. pag. 167: *καὶ ἀπὸ καλῶν* [metaphorae usurpandae sunt]· *κάλλος δὲ ὀνόματος τὸ μὲν ὥσπερ ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις, ἢ τῷ σημαινομένῳ· καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως· ἔτι δὲ τρίτον ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον.* Haec eum multa in arte sua de verborum suavitate poeticoque usu ad orationis splendorem disseruisse ostendunt; de eius elocutione et figurarum amore vide Dionysii locos supra memoratos quibus idem addendus est Dionysius de Demosth. pag. 1035. Platonis verba in Menexeno: *δεῖ δὲ τοιούτου τινὸς λόγου ὅςτις τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἱκανῶς ἐπαινέσει, τοῖς δὲ ζῶσιν εὐμενῶς παραινέσει,* quae tamen non ex animi sententia, sed ut oratorum operae illuderet, sunt dicta, eadem de causa perstringens: *οὐκοῦν ἐπίῤῥημα ἐπιῤῥήματι παράκειται καὶ ῥῆμα ῥήματι, τὸ μὲν ἱκανῶς τῷ εὐμενῶς, τῷ δ' ἐπαινέσει τὸ παραινέσει, καὶ ταῦτα τὰ πάρισα οὐ ΛΙΚΥΜΝΙΟΙ ταὐτ' εἰσὶν οὐδ' ἈΓΑΘΩΝΕΣ οἱ λέγοντες ὕβριν ἢ πρὶν μισθῷ ποθὲν ἢ μόχθον πατρίδων, ἀλλ' ὁ δαιμόνιος ἑρμηνεῦσαι ΠΛΑΤΩΝ.* Verba fortasse illius Licymnii; voci *μόχθον* opponi videtur

πόθον, sed talpam me esse maximum fateor et sagacioribus restituenda relinquo. Licymnium vero tragico poetae Agathoni sic componi advertendum, et si poetica vocabula ex arte sua laudata consideramus, vix possumus quin contra vulgarem sententiam nostrum eundem esse atque poetam Parium lyricum Licymnium statuamus, nec quemquam qui Empedoclem, Euenum, alios idem fecisse meminit, poetam rhetoricen tractasse male habebit. Hoc modo omnes inducant velim quales eorum qui vel praecepta in vulgus spargerent poeticis expressa verbis orationes fuisse necesse sit. Omnino tunc temporis poetis imprimis qui eloquentiam sibi vindicabant, *διθυραμβώδης* Gorgiae splendor non modo acceptus, sed auctus et dilatatus est.

Quid si longius aberramus ne hoc quidem contenti, et huic *διθυραμβῶντι*, quem modo in oratorem transformavimus, grammatices quoque sordes affigimus, non quales nostra aetate, sed veterum more, qui nihil quae liberali studio digna sunt, in suam redigere disciplinam spernebant, ne poetae quidem lectione et explanatione omissa, ut de Antimacho, Stesimbroto, Callimacho audimus; mihi certe nullum inhaeret dubium quin in scholiis ad Iliad. *β*, v. 106. Venetis noster sit intelligendus Licymnius. *ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ δὲ παραδηλοῦσθαί φησι λεληθότως τὴν ἔχθραν ἵνα μὴ λοιδορήσῃ τὸ γένος· τὸ μὲν γὰρ δῶκε φιλίας τεκμήριον, τὸ δὲ καταλιπεῖν ἀνάγκης, διὸ ἐφ᾽ ὧν τῷ ἔδωκεν ἐχρήσατο, ἐφ᾽ ὧν δὲ τῷ ἔλιπεν.* Inter incertos ibi excitatos auctores Wolfius eum collocat Prolegg. CXCI. iis adnumerandum quos pag. CLXII. not. 23. recenset.

De Agathone cuius supra mentionem fecimus, si quantum ars rhetorica ad formandum litterarum ingenium valuerit, paulo fusius altera huius commentationis parte exponemus, plura disputabimus: hic superstites quoque versus sententiarum antitheses mire iactari, uno alterove exemplo monuisse sufficit. v. c. apud Aristot. Rhet. II, 24, pag. 156.

τάχ᾽ ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ᾽ εἶναι λέγοι
βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.

apud Aristot. Nicom. Eth. VI. 4. et Simplic. ad phys. II. fol. 73. b.

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

vel in Rhetor. II. 19. pag. 127.

καὶ μὲν τὰ μέν γε τῇ τέχνῃ πράσσειν· τὰ δὲ
ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ προςγίγνεται. [26])

vel haec:

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.
Εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχὶ σ' εὐφρανῶ.
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Alius eiusdem scholae, item poeta, a Platone laudatur Phaedri pag. 81. eiusque traduntur inventa:

τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον ΕΥΗΝΟΝ ἐς μέσον οὐκ ἄγομεν ὃς ὑποδήλωσίν τε πρῶτος εὗρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δ' αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν μνήμης χάριν· σοφὸς γὰρ ἀνήρ.

Conf. Astius pag. 365., Boekh Oeconom. I, 134. Heindorfius quae viri docti laudanda est modestia pag. 316, quid fuerint *παράψογοι, παρέπαινοι* et *ὑποδήλωσις* se nescire fatetur, Astius haec omnia vel absurda esse vel nullum habere sensum censet. Sed eloquentiae praecepta in versus redacta [27]), non magis mihi videntur mira quam naturae aut coeli leges longo explanatae carmine, metris metrorum docere doctrinam vel ut etiam nunc fit, grammatices regulas earumque exceptiones hexametris comprehendere tironum in usum, ut

Mascula sunt etc.

---

[26]) Victorii codex R. *πράσσει.* Muretus tom. III. pag. 769. secundo versu *τέχνῃ* corrigit, (vulgo versu utroque *τύχῃ* neutro *τέχνῃ* legitur) quod et scholiasta graecus legisse videtur: *τὰ μὲν τύχῃ γίγνονται ἤτοι χωρὶς τέχνης, τὰ δὲ ἡμῖν καὶ τῇ τέχνῃ ἤτοι καὶ ἐκ τέχνης καὶ ἐκ τύχης* Locum ex omni parte corrupit Reisigius Explicatt. Critic. in Oedip. Colon. pag. 177. Grotio iam restitutum. *Ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ,* quae alibi *ἀναγκαίᾳ τύχῃ* vid. Lobeck. ad Aiac. pag. 296. Quid vero *πράσσειν τύχῃ* cui optime annexum *προςγίγνεται,* quae ipsa sine nostro labore nos accedit?

[27]) Longinus in arte pag. 718. [vulg. Apsines] *τοιγαροῦν καὶ τὰ μέτρα μᾶλλον μεμνήματα τῶν ἄνευ μέτρου πεποιημένων ὅτι δεῖ τὸ τοῦ ῥυθμοῦ κατὰ τὸ τῆς εὐταξίας ἀνάλογον μνημονεύοντες καὶ τὰ καθ' ἕκαστα τῶν ῥημάτων ἀνιχνεύομεν κατὰ πόδας ζητοῦντες τὸ λεῖπον ἐξ ὧν προειλήφαμεν.*

Tales res cum magnam requirant diligentiam multaque sint obrutae difficultate, vel maxime demonstrant poetae ingenium, quos eloquentiam suo more et sua ipsorum lingua tractasse libenter concedimus. Quae vero illa sint, veteres iam tradunt: Hermias pag. 191: *παρεπαίνους δὲ λέγει ἵνα ἄντικρυς μὴ ἐπαινεῖν, δοκῇ δὲ* [id est: *ἐπαινεῖ, δοκεῖ δὲ*] *ἐπαινεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ ψέγειν.* Est enim *ὑποδήλωσις* cuius partes *παρέπαινος* et *παράψογος*, ironia quaedam qua v. c. quem initio laudari putas acerbe exagitatur. Haud raro enim accidit ut quo minus adversarium vehementer impugnemus, prudentia nos impediat, sed multa ut cumulemus laude et honore cogamur, quod ne ex animi dictum videatur sententia, tecte et sensim iacula emittenda sunt, cuius rei praecepta non inutilia saepius oratori succurrunt et si dextre his uti scit armis, feliciter ut agat causam, efficiunt. Nec ignota haec posterioribus, exemplum praestat Apsines pag. 691. Ald.:

> *εἰσηγησαμένου τινὸς καὶ πείσαντος σὺ τὴν εἰσήγησιν ταύτην ἐν ἀληθείᾳ κακίζεις, προσποιῇ δὲ ἐπαινεῖν καὶ ἄλλο τὶ δεῖ προστιθέναι ἕτερον αὐτοῦ ἀκόλουθον. ἁρμόσει γάρ σοι λέγειν: ἐσφάλην τοῦ προσήκοντος, ἐγὼ μὲν γὰρ ᾤμην τοιάδε αὐτὸν γράφειν καὶ τοιάδε. οἷον ὡς ἐπ' ἐκείνου. ἔγραψεν ὁ Περικλῆς δηοῦν τὴν Ἀττικήν. γράφει ὁ Νικίας ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος ἄρχεσθαι· λέξει γὰρ ὁ Νικίας ὅτι ἐγὼ μὲν ᾤμην ὅτε ἐκκλησίαν τὶς ἐπήγγελλε καὶ παρῆλθε Περικλῆς ταῦτα τὰ εἰωθότα λεχθήσεσθαι ἀμύνεσθαι ὑπὲρ τῆς χώρας καὶ κινδυνεύειν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλ' ὁ σοφὸς Περικλῆς τούτων μὲν ὑπερεῖδεν εὖ γε ποιῶν καὶ καθ' ἑαυτὸν, ἠκούετε δὲ οἷα διεξῄει οἷα μηδεὶς πρότερον. τί οὖν ἕπεται τούτοις; ἀρχὴν ζητῆσαι καὶ τόπον ἀφ' οὗ ἀρξόμεθα.*

Optime [28]) de rhetorice promovenda Thrasymachus ex

---

[28]) Alium rhetorem Thrasymacho priorem laudat Diogenes Laert. de Demetriis: *γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι, πρῶτος Καρχηδόνιος ῥήτωρ καὶ Θρασυμάχου πρεσβύτερος.*

Platone notus et vehemens sophista [29]) meritus est, qui auctore Theophrasto primus poetica Italorum elocutione, fucoque nimis artificioso non minus quam tenui illo atque simplici, vulgari loquendi modo persimili, quo historici et logographi in Graecia utebantur, dictionis genere neglecto, mediam invenit viam qua magna versaretur cum laude, ut arcte sententias contraheret et rotunde efferret, [ἡ συστρέφουσα τὰ διανοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις] quod scribendi genus optimi quique postea secuti sunt. Dionysius quidem Lysiae magis quam Thrasymacho hunc esse concedendum honorem putat, sed ipse satis modeste bis sententiam suam profert: de Lysiae iudic. pag. 464.:

> μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστὴν ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΝ, ἐγὼ δὲ Λυσίαν ἡγοῦμαι. καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ, λέγω δὲ ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν. καὶ εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τό γε τοι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρῖφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρὸν, ἀλλ᾽ ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐκείνου ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαῤῥῶν ἂν ἀποφηναίμην.

et de Demosthenis vi pag. 958.:

> τρίτη λέξεως ἦν ἡ μικτή τε καὶ σύνθετος ἐκ τούτων τῶν δυεῖν ἣν ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος καὶ κατασκευάσας εἰς τὸν νῦν ὑπάρχοντα κόσμον εἴτε ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ ὁ Χαλκηδόνιος ἦν ὡς οἴεται Θεόφραστος εἴτε ἄλλος τις οὐκ ἔχω λέγειν.

quem praeter Lysiae amorem ut Theophrasti iudicium non

---

29) Aristoteles Rhetor. II. 23. pag. 151: καὶ ὡς Κόνων Θρασύβουλον [θρασύβουλον Victor. m. p.] θρασύβουλον ἐκάλει, καὶ Ἡρόδικος Θρασύμαχον, ἀεὶ θρασύμαχος εἶ, καὶ Πῶλον, ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ. Duo ex Platone noti Herodici conf. Heind. ad Protag. pag. 489; scholiasta nescio quem historicum dicit Atheniensem dicit; sed neutrius fortasse est. Mihi Prodici magis sapere videtur ingenium quam medicos illos; sic vice versa apud Aristot. Ethic. ad Eudem. VII. 10. ubi Πρόδικος ὁ ἰατρὸς reponendum Ἡρόδικος.

satisfaceret temporum rationes movisse videntur. At cum Lysias, ut infra docebimus non nisi post anarchiae tempus orationes suas scripsisset et ante hoc ipse Tisiae Syracusano eruditus rhetori in exercitationibus suis Siculos affectasset, in hac ratione Dionysium ut saepius falsum esse apparet. Multo maiore iure Antiphontem in hunc locum substituas, cui tamen Thrasymachus etiamsi aetate non maior, aequalis est, vix illo multo inferior annis [30]); maior quoque Theophrasti auctoritas quam ut quid contradicamus. Addendum sicuti Isocratem viam institisse poeticam magis Gorgiae sectatum in exornanda oratione praecepta, ita Lysiam vulgarem magis et communem quam temperatam illam in usum suum vertisse et cum uterque certos fines et limina alter citra, ultra alter transiliisset, mediam viam quam Thrasymachus ingressus est, neutrum tenuisse. Neque falsa de sophista praedicari eumque optimum fuisse oratorem, vel ea quae quantumvis corrupta vel lacera sententiis et dictione praestantia apud Dionysium pag. 959. exstant fragmenta Ibi λόγους δημηγορικοὺς eius laudat et de Isaei iudicio pag. 627. inter eos qui accuratius dicendi genus sibi proposuerunt et in forensi facultate exercuerunt, de Thrasymacho nostro haec legimus: Θρασύμαχος δὲ καθαρὸς μὲν καὶ λεπτὸς καὶ δεινὸς εὑρεῖν καὶ εἰπεῖν στρογγύλως καὶ περιττῶς ὃ βούλεται· πᾶς δ' ἐστὶν ἐν τοῖς τεχνογραφικοῖς καὶ ἐπιδεικτικοῖς [31]).

Ex iis quae ad artem spectant non nisi unius libri cognitio ad nos venit, Ἔλεοι inscripti, qui qualis fuerit Platonis nos docet locus in Phaedro pag. 82 egregius:

> τῶν γε μὲν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος, ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν, ὡς ἔφη, διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διαβολὰς ὁθενδὴ κράτιστος [32]). τὸ δὲ

---

30) Suidas Thrasymachum discipulum Platonis et Isocratis fuisse dicit; fortasse contrarium verum est.

31) Conf. Dionys. pag. 722, Cicero Orat. cap. 12.

32) Apte Hermias pag. 192. ὡς δεῖ εἰς οἶκτον ἐγεῖραι τὸν δικαστὴν καὶ ἐπισπᾶσθαι ἔλεον, γῆρας πενίαν, τέκνα ἀποδυρόμενα [— ον] καὶ

δὴ τέλος τῶν λόγων κοινῇ πᾶσιν ἔοικε συνδεδογμένον εἶναι ᾧ τινὲς μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα.

Hic Platonis locus ex poetae ductus sermone, ut docet vel *ἐπὶ γῆρας ἑλκομένων* pro *ἐφελκομένων λόγων γῆρας*: en tibi numeros poetae:

οἰκτρογόων τῶν ἐπὶ γῆρας, πενίαν θ' ἑλκομένων λόγων

quamvis hic an alius fuerit casus affirmari nequeat. Quaeritur omnia illa quae Plato affert, Thrasymachus explicuerit in *Ἐλέοις*, an posteriora singulari quodam libro composita, fortasse *Διαβολῶν* nomine inscripta emiserit, quam non ineptam quidem, sed incertam coniecturam in medio relinquam: *ἐλέους* enim praeter questus alia multa complexos esse statim videbimus.

Tractavit igitur Thrasymachus artem iudices commovendi, ut loquentis voluntate irascerentur aut mitigarentur, inviderent aut faverent, laetarentur aut dolerent, quae quum in defensionis vel accusationis fine inprimis suum inveniant locum, ultimam orationis partem, epilogos puta, nostrum maxime elaborasse dicas, ut prologos Cephalum et Antiphontem. Et Aristoteles qui in arte rhetorica externas modo a prioribus res notatas esse monet, haud scio an hunc praecipue respexerit sophistam; dicit enim in principio: *περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται· διαβολὴ γὰρ καὶ ἔλεος καὶ ὀργὴ καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τῆς ψυχῆς οὐ περὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστήν.* item III. 1. pag. 162. Ideo quod res modo externas maioribus omissis docuit, Plato eum perstringit in Phaedro pag. 89. [33])

Librum

τὰ ὅμοια. Fortasse hinc maxime usus exstitit, ut liberos oratores in rostra adductos, miseriam ut excitarent, deplorarent a multis improbatus. Vid. Platon. Apolog. pag. 125, Isocrates de Permut. pag. 417. Lysias pag. 417. Gorgias personatus pag. 690. Bkk. et conf. Buttmannus ad Mid. pag. 59, Boeckh Oecon. I. pag. 426.

33) *Δῆλον ἄρα ὅτι ὁ Θρασύμαχός τε καὶ ὃς ἂν ἄλλος σπουδῇ τέχνην ῥητορικὴν διδῷ, πρῶτον πάσῃ ἀκριβείᾳ γράψει τε καὶ*

Librum modo laudatum multo plura quam titulus *Ἔλεοι* promittit continuisse, ex iis quae Aristoteles affert, perspiciendum, Rhet. III, 1. pag. 163: *τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει*[34]) *τι μικρὸν ἀναγκαῖον ἐν πάσῃ διδασκαλίᾳ, διαφέρει γάρ τι πρὸς τὸ δηλῶσαι ὡδὶ ἢ ὡδὶ εἰπεῖν, οὐ μέντοι τοσοῦτον... ἐκείνη μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ, ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ. ἐγκεχειρήκασι δὲ ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινες, οἷον ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ*[35]) *ἐν τοῖς Ἐλέοις*. In his igitur scriptis primus gestus movendi docuisse artem videatur, etiamsi non eo, neque ea fortuna qua voluit Aristoteles; at hanc alia multo gravior numerorum et soni praecedit doctrina, elocutionem puta, quam ibidem a Thrasymacho principe[36]) tractatam fuisse certum est; aliter enim illam nunquam aggressus esset et ne inanem credas hanc coniecturam, vide Aristotelis verba III, 8. pag. 179. Thrasymachus enim de oratorio numero praecipiens, paeone primo exordiendum esse dixit eumque ad Aristotelis usque aetatem plures secuti sunt; *νῦν μὲν οὖν,* pergit Aristoteles, *χρῶνται τῷ ἑνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι, δεῖ δὲ διαφέρειν τὴν τελευτὴν τῆς ἀρχῆς.* Illa tamen apud Dionysium oratio sic incipit: *ἐβουλόμην μὲν ὦ Ἀθηναῖοι*, ut Antiphontis de caede Herodis: *ἐβουλόμην μὲν ὦ ἄνδρες,* si modo initium est orationis apud Dionysium[37]).

Primus cum temperatum scribendi genus adhibuisset, inquinata verba Siculorum poeticamque rationem ab eo improbatam fuisse et meliora prolata non a probabilitate abhorret.

Sic Thrasymachus ingenio et prudentia praestans et oratione limatus atque subtilis, ut sententiae et verba sub styli acumen subirent et succederent, elaboravit verborumque

---

ποιήσει ψυχὴν ἰδεῖν, πότερον ἓν καὶ ὅμοιον πέφυκεν ἢ κατὰ σώματος μορφὴν πολυειδές. τοῦτο γάρ φαμεν φύσιν εἶναι δεικνύναι.

34) Victorii libri *ὅμως ἔχει,* malim *ὁμοίως ἔχει.*

35) Victorii cod. m. *θεόμαχος* p. *θρασόμαχος.*

36) Cicero Orat. cap. 52, Suidas s. v. *Θρασύμαχος.*

37) Notandum Antiphontis tetralogias a quarto paeone quo oratio auctore Aristotele finienda, quasi de compacto initium ducere; I. 1. *ὁπόσα μὲν;* I, 4. *ἰδοὺ ἐγώ;* II, 1. *τὰ μὲν ὁμολογούμενα;* II, 4. *ὅτι μὲν αὐτή;* III, 4. *ὁ μὲν ἀνήρ.* Rite incipit I, 3. *ἧτ' ἀτυχία.*

collocatione et conformatione in scribendo primus non poeticum, sed oratorium numerum et modum effecit; mira enim et simplici utebantur brevitate, non illa quidem Thucydidi propria, sed quae v. c. in Senecae scriptis est invenire, ut tota sententia ex paucis verbis constans rara addita coniunctione nude poneretur; erant enim tenues et graciles. Siculi vero splendidi atque omni genere ornamentorum nimis redundantes, longioribus quidem utebantur sententiis, sed frequenti solum antitheseon usu dilatatis, et magis oppositis quam compositis. Nam auctori περὶ ἑρμηνείας pag. 13. Vict. qui Gorgiae periodos easdem atque Isocratis censet, non magna est tribuenda fides, nec ipsius orationes ad manus ei fuisse videntur. Erat Thrasymachus qui rem magni moliretur momenti et longiores structuras inferret earumque doceret et ordinem et praecepta ut unum hoc meritum omnes omnium superet cavillationes. Ciceronem vero qui ante Isocratem talia nunquam fuisse tractata fuisse putat, inventorem cum eo qui maxime rem excoluit et perfecit, confudisse apparet, et ipse sese corrigit in Orat. cap. 12 et 52.

Haec Thrasymachum si quem alium suae aetatis multa in rhetorice ante parum nota novasse aut manum certe quae qui eum secuti sunt, facilius iam expolirent et perficerent, admovisse docent, nec Platonis iudicium ut suo honore eum privemus nos moveat qui malam vituperat dispositionem, Phaedr. pag. 86.: τὸ μὲν δύνασθαι, ὦ Φαῖδρε ὥστε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι, εἰκός, ἴσως δὲ ἀναγκαῖον ἔχειν ὥσπερ τἄλλα . . . ὅσον δὲ αὐτοῦ τέχνη, οὐχ ᾗ ΤΙΣΙΑΣ τε καὶ ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ πορεύεται δοκεῖ μοι φαίνεσθαι ἡ μέθοδος. Edidit autem Thrasymachus auctore Suida τέχνην ῥητορικὴν, παίγνια, ἀφορμὰς ῥητορικάς.

Thrasymachum Theodorus sequitur Byzantius eiusdem aetatis, vir in arte excolenda valde industrius, imo in hac magis quam in oratione conscribenda exercitatus, ut Aristoteles [38]) eum valde subtilem in arte, in orationibus vero ieiu-

---

38) Cicero in Bruto cap. 12. *Nam Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi, deinde quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere aliis coepisse, rtem removisse.* Sed contrarium fere dicit Dionysius Halicarn.

num fuisse dicat, unde quid Plato hunc *λογοδαιδάλου* nomine appellans voluerit facile perspicimus, non bonum scilicet oratorem, sed qui multa et varia ad orationes componendas artificiose invenit praecepta. Sed totus Platonis locus in censum venit pag. 81.:

ΣΩ. *Καί καλῶς γε ὑπέμνησας. προοίμιον μὲν οἶμαι πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ. ταῦτα λέγεις, ἦ γάρ; τὰ κομψὰ τῆς τέχνης;*

ΦΑΙ. *Ναί.*

ΣΩ. *Δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα μαρτυρίας τε ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα· καὶ πίστωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα.*

ΦΑΙ. *Τὸν χρηστὸν λέγεις ΘΕΟΔΩΡΟΝ;*

ΣΩ. *Τί μήν; καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ.*

Quaeritur quae sint illa Theodori *πίστωσις* et *ἐπιπίστωσις*; Heindorfius se id non exputare ingenue fatetur; Astius *πίστωσιν* esse dicit probationem ex ipsa rei natura ductam, *ἐπιπίστωσιν* vero ex ipsa oratoris persuasione petitam; Hermias *ἐπιπίστωσιν λέγει τὸ ἐπὶ ἀποδείξει ἑτέραν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν.* haud dubie ex rhetorum notis. Nodum, ut dicunt, hic in scirpo quaerere mihi videntur interpretes nec Plato novas quasdam Theodoro inventas orationis divisiones prioribus addit; sed quae ante nominaverat *τρίτον, τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα,* his technica vocabula a Theodoro primum prolata adiungit ab eoque *πίστωσιν* et *ἐπιπίστωσιν* appellari tradit; est igitur *πίστωσις* quod Aristoteli *πίστις; ἐπιπίστωσις* id quod non quidem approbatio et confirmatio est, at proxime tamen hanc accedit; igitur verisimilia quae supra dixit *εἰκότα.* Haec sunt quae Dionysius Halicarn. 10, 16. pag. 316. Schott. *τὰ ἐκ περιουσίας κεφάλαια* dicit, a quibusdam, philosophis scilicet ut Platone, omnino iniuria improbata, pergens: *μέγιστον δὲ καὶ ἀλογώτατον ἐκεῖνο τὸ*

---

de Isaei iudicio pag. 365: *Θεόδωρον δὲ τὸν Βυζάντιον ἀρχαῖόν τινα καὶ οὔτε ἐν ταῖς τέχναις ἀκριβῆ, οὔτε ἐξέτασιν ἱκανὴν ἐν τοῖς ἐναγωνίοις δεδωκότα λόγοις,*

μὴ δεῖν ἐξ εἰκότων κατηγορεῖν. τοῦτο γὰρ παντάπασι στοχασμὸν ἀναιρεῖ, ὅπερ μέγιστον δικανικῆς ἰδέας μέρος. αἱ γὰρ πλεῖσται δικανικαὶ ἐκ τῶν εἰκότων κρίνονται.

Quamvis vero nihil nobis quod subtilitatem eius demonstret ex arte sua relictum est, tamen aptissima quaeque vocabula quae, singulae divisiones ut cohaererent et ex ordine sequerentur invenit omnia magna fuisse cum cura tractata, luculenter declarant; ut enim *πίστωσις* et *ἐπιπίστωσις*, sic *ἔλεγχος* et *ἐπεξέλεγχος*, item *προδιήγησις*, *διήγησις* et *ἐπιδιήγησις* distincta ab eo sunt; locus exstat apud Aristotelem Rhet. III, 13. pag. 196.: *ἀναγκαῖα ἄρα μέρια πρόθεσις καὶ πίστις. ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα προοίμιον, πρόθεσις πίστις, ἐπίλογος· τὰ γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον, τῶν πίστεών ἐστι· καὶ ἡ ἀντιπαραβολὴ αὔξησις τῶν αὐτοῦ, ὥστε μέρος τι τῶν πίστεων*[39])... *ἔσται οὖν ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ ΘΕΟΔΩΡΟΝ διήγησις ἕτερον καὶ ἐπιδιήγησις καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος καὶ ἐπεξέλεγχος.* Plura his non dissimilia notantur apud Anonymum Galei pag 194. Fisch. *τρόποι δὲ [διηγήσεως] τέσσαρες, διήγησις, παραδιήγησις, προδιήγησις καὶ ὑποδιήγησις* et fusius ibi explicantur, omissa *ἐπιδιήγησις* de qua repetita narratione vid. Quintil. IV, 2, pag. 352. et Rhetor. compendium ex Cassiod. pag. 367. Capp. Fortunatianus vel illa auget pag. 81.; habet enim octo species narrationis: *διήγησις, ἀντιδιήγησις, μερικὴ διήγησις, παραδιήγησις, ὑποδιήγησις, καταδιήγησις, ἐπιδιήγησις, διασκευή*[40]).

Cum tam multa apud recentiores rhetores exstant schemata a primae aetatis oratoribus excogitata, haud scio an quae apud Menandrum *περὶ τῶν τῆς διανοίας σχεμάτων* pag. 576. seqq. Ald. leguntur, nostri sint Theodori; eius certe sapiunt dividendi morem, quamvis res ut mera coniectura in ambiguo

---

39) *ὥστε - πίστεων* desunt in Victorii vetusto libro.

40) Itaque nolim Schleierm. ad Plat. Phaedrum pag. 392. affirmasse, posteriores haec omnia neglexisse, nec unquam de his apud eos sermonem fieri; *παραδιήγησιν* agnoscit etiam Aristoteles Rhetor. III, 16. pag. 204.

manet nec probabilitatem excedit. Fuse ibi explicat quid sit *προδιόρθωσις, ἐπιδιόρθωσις, ἀμφιδιόρθωσις;* conf. Tiberius pag. 170, 172. Fisch.; duo priora ex schematum numero delet Longinus [vulgo Apsines pag. 815.], item apud schol. Hermog. pag. 380, eaque *λογισμοὺς τοῦ πιθανοῦ χωρίου καὶ πίστεως εἴδη* esse dicit; alibi de his nihil legere memini.

Theodori nostri, ut videtur, rhetorices finem latine versum apud Quintilianum legimus II, 16, pag. 180:

> *Omnia subiecisse oratori videtur Aristoteles cum dixit, vim esse dicendi quid in quaque re possit esse persuasibile. Et Patrocles qui non quidem adiicit: in quaque re, sed nihil excipiendo idem ostendit. Vim enim vocat inveniendi quod sit in oratione persuasibile. Quod vitium fugiens THEODORUS vim putat inveniendi et eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione. Sed cum eodem modo credibilia quo persuasibilia etiam non orator inveniat, adiiciendo: in omni oratione, magis quam superiores concedit scelera quoque persuadentibus pulcherrimae rei nomen.*

quibus nostrum intelligi Theodorum, (plures vero codices *Eudorus* legunt)] iure censet Spalding. pag. 351; alibi quidem semper est Theodorus Gadareus, quem auctor hic tamen non in animo habere potest, partim quod eius finis paulo infra sequitur, partim quod hic ipse ab illo mirum quantum dissentit, conf. et III, 3 pag. 223. Neque quod ibi exstat: *quod vitium fugiens* Theodorum post Aristotelis et Patroclis tempus vixisse necessario sequitur, cuius finem illis viris Quintilianus subiecit, ut huic Gorgiae apud Platonem, quippe qui prioribus proxime accederet. Ille Patrocli graece sic fere datus videtur: *ἡ ῥητορική ἐστι δύναμις τοῦ εὑρεῖν τὸ ἐν λόγῳ πιθανόν*, alter vero Theodori ita: *ἡ ῥητορική ἐστι δύναμις τοῦ εὑρεῖν καὶ λέγειν* [41]) *τὰ ἐν παντὶ τῷ προκειμένῳ λόγῳ*

---

41) Haec oratoris maxima et summa, *λόγος*, ut posteriores dicunt *ἐνδιάθετος καὶ λόγος προφορικός*. Ita Pericles apud Thucydidem II, 60, *ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα*. conf. Ruhnk. de Antiphonte pag. 802. In graecis reddendis latina ad verbum secuti sumus; *credibile* enim vertit ipse Quintilianus quod illis est *τὸ εἰκός*; sed falsus

εἰκότα. Et inprimis haec *εἰκότα* Platonis aetate rhetoribus tantopere excussa, ut Byzantii esse finem mihi sit persuasum, me movent. Magis incerta sunt nostrumne an Gadareum attingant quae apud Longinum leguntur III. 5. *τούτῳ παράκειται τρίτον τι κακίας εἶδος ἐν τοῖς παθητικοῖς, ὅπερ ὁ ΘΕΟΔΩΡΟΣ παρένθυρσον ἐκάλει. ἔστι δὲ πάθος ἄκαιρον καὶ κενὸν ἔνθα μὴ δεῖ πάθους, ἢ ἄμετρον ἔνθα μετρίου.* Quamvis iam Gorgiae orationes hoc vitio non vacarent, ut Theodoro Byzantio nomen illud in arte inveniendi locus non deesset, tumidum tamen Asianum scribendi genus progenuisse videtur: at melius inhibere quam inanes proferre coniecturas.

De eius librorum ratione magnum mihi est dubium, cum Aristotelis verba obscuriora sint quam ut certum possimus ferre iudicium. Ab hoc laudatur Rhet. II. 23. pag. 151. *ἡ πρότερον Θεοδώρου τέχνη*, ubi Aldus *προτέρα*, quam non minus totius operis partem dixeris priorem quam quod magis placet [42]), primos Theodoro emissos libros, quibus cum esset subtilis, alii postea secuti sunt de arte, quo factum ut illam priorem eo quod Aristoteles protulit, nomine nuncuparent; tertium enim quod quis coniiciat Aristotelem rhetorum intellexisse scripta qui Theodorum aetate praecessissent, cum a veritate abhorreat, probari nequit; minime enim ex hoc loco (*τόπῳ*) cuius mentionem facit Aristoteles, eorum libri constiterunt, sed aliis, ut supra iam vidimus. Totus Aristotelis locus hic est:

> *Ἄλλος τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν· οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς· ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια περὶ τὴν ἀποστολὴν τῶν παίδων· ἡ δ' ἀπολογεῖται ὅτι οὐκ ἂν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε· τοῦτο γὰρ ἥμαρτεν ἂν μὴ ποιήσασα εἴπερ καὶ θάτερον ἐποίησεν· ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος τοῦ ἐνθυμή-*

---

sum et concidit tota haec mea de Theodoro sententia; verba enim graeca auctoris ipsius, qui *Diodorus* est, ex cod. Monac. in appendice legere est.

42) Etiam Victorio in commentar. pag. 574. Edit. Basil.

ματος καὶ τὸ εἶδος ὅλη ἡ πρότερον ΘΕΟΔΩΡΟΥ τέχνη.

inde si quid colligere licet, Carcinum multo magis quam Euripidem artem oratoriam in fabulis persecutum esse videmus. Theodori ars si revera huic convenit exemplo, eum ex hoc genere et argumentandi forma eiusdem rei accusationes et defensiones reliquisse censeas; accusatio enim peccata et vitia si qua commissa, perstrinxit, defensio quae bona inde nata quemque totius operis mens finem sibi finxerit exponens illa refutare conatur; exempla multa apud Thucydidem, ut Cleonis et Diodoti.

Ex libris de rhetorica arte sumpta sunt quae Aristoteles Rhet. III. 11. pag. 189. habet:

καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δὲ τὰ ἀστεῖά ἐστιν ἐκ τοῦ μὴ ὅ φησι λέγειν οἷον τὸ τοῦ Στησιχόρου ὅτι οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται. καὶ τὰ εὖ ᾐνιγμένα διὰ τὸ αὐτὸ ἡδέα· μάθησις γὰρ καὶ λέγεται μεταφορά. καὶ ὃ λέγει ΘΕΟΔΩΡΟΣ τὸ καινὰ λέγειν.· γίγνεται δὲ ὅταν παράδοξον ᾖ καὶ μή, ὡς ἐκεῖνος λέγει, πρὸς τὴν ἔμπροσθεν δόξαν· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς γελοίοις τὰ παραπεποιημένα· ὅπερ δύναται καὶ τὰ παρὰ γράμμα σκώμματα· ἐξαπατᾷ γάρ.

Oratorem maxime in principio et fine valde exercitatum et eloquentem esse res ipsa fere flagitat. Nam qui verba quaerens elegantioresque structuras ad auditorum animos alliciendos statim in orationis initio haesitat nec pergere scit, de hoc iam actum est, citissimeque erat decedendum nisi Scytharum honore qui eum deiicerent dignari vellet [43]). Itaque multam dare debebant veteres operam cum bene exordiri perdifficile sit pluraque id genus in mente habere, e quibus quod rei agendae conveniret eligerent; convenit autem id exordium quod proposita oratione nunquam alibi magis profuerit quam ubi collocatur. Quod si casu memoria excidit, aliud ad manus esse debebat quo in rem suam auditores induceret, nec mente perturbari [44]). Prooemio enim oratio bona

43) Conf. Schneid. ad Xenoph. Memor. III, 6.

44) Cicero de oratore II, 26. seqq. quae de necessaria fere optimorum oratorum in exordienda oratione perturbatione

rite carere non potest, nisi iam alterius oratione vel alia re ad argumentum quod quis tractaret, satis auditoribus praeparatis [45]). Quare Plato quoque Lysiam quod nullo uteretur exordio vituperat, iniuria ut infra illam rem pertractantes docebimus.

Haud maiori studio et diligentia quam in exordiis, in perorando oratori erat opus; nam ut initio ut sua loquendi virtute, adiuvante audientium bonitate et aequanimitate, loco non amoveretur, ita in fine ut iis persuaderet et plerique omnes in suam transirent sententiam maxime erat annitendum, quo factum ut externae hae orationis partes quae non tam ad rem ipsam diiudicandam quam ad populum et iudices permovendos pertinent, magni existimarentur momenti et iam a primis artificiosae eloquentiae oratoribus quibus in foro et iudicio erat dicendum, in suum aliorumque usum solae elabo-

---

docet, non mentis intelligit perturbationem, sed cautum, timidum ab omni abhorrens imprudentia initium.

45) Vid. Aug. Wolfius ad Leptin. pag. 214. Photii locum qui ibi laudatur, Ruhnkenius de vita et script. Longini pag. LXXXXII. Weisk. ex Longini *φιλολόγων* libro haustum censens mihi non persuasit: quidni potius in qua haec erant illustranda, ex eius arte rhetorica, *τέχνῃ ῥητορικῇ*. Huc pertinent quae apud scholiastam Hermogenis leguntur pag. 352. seq.: *Ἰστέον δὲ ὅτι παραιτησόμεθα τὸ προοίμιον ὅταν ἢ εὐνοῶσιν οἱ δικάζοντες ἢ ὀλίγον λάβωμεν ὕδωρ· τότε γὰρ ῥητῶν ἀναγκαίων διήγησις ὠφελιμωτέρα. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστηρίου χρῆσις προοιμίων οὐκ ἦν· κῆρυξ γὰρ προσεφώνει τῷ εἰσιόντι; μὴ προοιμιάζου μηδὲ ἐπίλεγε, ὡσαύτως ἐνώπιον βασιλέως οὐ δεῖ προοιμιάζεσθαι. ἀλλ' οὐδὲ βασιλεὺς ἀεὶ προοιμιάζεται ἢ ἀρχιερεὺς τὸ αἰδέσιμον καὶ ἀξιόπιστον ἐκ τοῦ βαθμοῦ κεκτημένοι καὶ μὴ γοητείας λόγων ἐπιδεύμενοι· οἱ γὰρ ἀκροαταὶ ὡς δεσπόταις αὐτοῖς ὑπείκουσι καὶ οὐδείς ἐστιν ἀντιτιττόμενος ὅθεν καὶ βραχυλογίᾳ οἱ τοιοῦτοι κέχρηνται ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις εἴρηται πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβον· τὸ δὲ ἱκετεύειν μακρόν· ἔτι ἐὰν τὸ πρᾶγμα ἐπείγῃ καὶ σπεύδωμεν ἐπὶ τὴν διήγησιν, οὐ προοιμιασόμεθα, ὁμοίως καὶ ἐὰν ᾖ περὶ ἡμῶν τὸ πρᾶγμα θαῤῥοῦντες εἰσερχώμεθα, προοιμίῳ οὐ χρησόμεθα.* Videatur de illo Areopagitarum more Victorius ad Aristot. Rhetor. pag. 11. edit. Basil. Ceterum senarius fuisse videtur hic.

πᾶς ἐστὶ δούλῳ δεσπότης μονοσύλλαβος.

rarentur. Primus qui fuerit qui prooemia et epilogos componeret, scitu non est indignum cuius rei notitiam Suidae debemus, apud quem haec leguntur:

ΚΕΦΑΛΟΣ Ἀθηναῖος ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Κέφαλος οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην.

Quod si verum esset, singularis horum tractatio non primis rhetorices temporibus, sed cum multum esset et in foro et in schola versata, non ante triginta viros, erant reponenda. At lectio illa non sana; primus enim ex Mssc. Paris. Küsterus intulit: *γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας.* [46]) reliqui libri melius et magis accurate: *γέγονε δὲ πρὸ τῆς ἀναρχίας οέ,* quod quantum ab altera distet lectione non est quod moneam, et ne quid supersit dubii, aliud quo illam Küsteri lectionem falsam esse optime eluceat, addam. Antiphontem enim oratorem dudum ante anarchiae tempus ad supplicium datum, prooemia et epilogos scripsisse, ex eodem docemur Suida, servatis quibusdam exemplis quae hic dabimus:

s. v. *ἅμα.*

παρὰ τῷ ἈΝΤΙΦΩΝΤΙ δὲ τὸ ἅμα κεῖται ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ· φησὶ γὰρ ἐν ΠΡΟΟΙΜΙΟΙΣ: ἀλλ' εἰ τότε [id est *τό, τε*] *πρᾶγμά μοι κρεῖττον φαίνεται, ἅμα τε μαρτυρίᾳ ἀρετῆς πράξομαι.*

s. v. *αἰσθέσθαι.*

περὶ μὲν τοῦ αἰσθάνεσθαι ἈΝΤΙΦΩΝ ἐν ΠΡΟΟΙΜΙΟΙΣ: ἐγραψάμην ταύτην τὴν γραφὴν ἠδικημένος ὑπὸ τούτου, νὴ Δία, πολλά, ἔτι δὲ καὶ πλείω ὑμᾶς ᾐσθημένος ἠδικημένους καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας.

s. v. *μοχθηρός.*

ἈΝΤΙΦΩΝ δὲ ὁ παλαιότατος τῶν ῥητόρων τῷ μὲν

---

46) Hoc servavit etiam Boeckhius Inscript. Fasc. I. pag. 124. Nro. 84. quamquam vero Cephalus Antiphontem aetate vix praecedit, tamen ante hunc ille componere potuit, ut revera esset *πρῶτος*. Defendas fort. vulgatam lectionem, si certum esset, (conf. *Plehn. Lesbiac.* pag. 50. et 144.) quod non est, Suidae semper *γέγονε* esse *floruit*, nunquam *natus est*.

μοχθηρῷ ἐχρήσατο οὐκ ἐπὶ κακοῦ ἀνδρὸς καὶ εἰςαγομένου εἰς δικαστήριον ἵνα κατηγορηθῇ, ἀλλ' ἐπὶ πατρὸς δίκην λαχόντος ὑπὲρ ἀπεσφαγμένου παιδὸς τὸν μοχθηρὸν ἔταξε καί φησιν οὕτως ἐν ΠΡΟΟΙΜΙΟΙΣ ΚΑΙ ἘΠΙΛΟΓΟΙΣ: κἀγὼ μὲν ὁ μοχθηρὸς ὅντινα ἐχρῆν τεθνηκέναι ζῶ τοῖς ἐχθροῖς κατάγελως.

in prioribus locis duobus verba καὶ ἐπιλόγοις Suidae an librarii exciderint incuria nescio.

Magnum in his fuisse locorum communium qui inspergerentur campum facile apparet et haec prooemia et epilogos, ni eximie fallor, intellexisse arbitror Aristotelem apud Ciceronem in Bruto cap. 12: *Itaque ait Aristoteles ... scriptas fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes quae nunc communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam quum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset . . huic ANTIPHONTEM Rhamnusium similia quaedam habuisse conscripta.*

Toti igitur libri cum de hac una re larga exhibentes exempla in oratorum usum compositi exstarent iuvenesque in rhetorum scholis talia declamarent atque ediscerent, quid mirum si eadem prooemia vel epilogos diversi auctores suis inculcasse orationibus invenirentur. Non de legitimis quibusdam vocibus formulisque dicendi solemnioribus quae re agenda et usu frequenti erant sancitae, ut vix inter se possent invicem discrepare, sed de totis sermo est ovo similioribus sententiis. Et verò exstat huius rei exemplum valde memoratu dignum, iam a Tayloro in Lectionibus Lysiacis. cap. 3. indicatum. Andocidis oratio περὶ μυστηρίων antequam Lysiam suam περὶ Ἀριστοφάνους χρημάτων composuerit, recitata videtur, et in utraque eadem sententia iisdem pene verbis legitur. Sunt autem haec:

Lysias pag. 309. Bkk.	Andocides pag. 86. Bkk.
αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον κἂν	αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς ὦ ἄνδρες εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις εἰδότας ὅτι κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἀνάγκη τὸν

ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο, ἡμεῖς δ᾽ ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις· οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς ὥσθ᾽ ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ᾽ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ [καὶ] ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἑάλωσαν ἡνίκα οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὅτ᾽ οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς ὦ ἄνδρες δικασταί, μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστούς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν.

ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν· οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ δέους καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίστης τὴν ἀπολογίαν ποιοῦμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐστὶν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις. ἔτι δὲ καὶ τόδε ἐνθυμητέον, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν [47]) ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς ὥστε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ τῶν κατηγορουμένων· οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες ἑάλωσαν παρ᾽ ὑμῖν ψευδομαρτυριῶν, ἡνίκ᾽ οὐδὲν ἦν [ἔτι] πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὁπότ᾽ οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηνται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστὶ μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιστοὺς ἡγεῖσθαι· εἰ μὲν γὰρ δεινὰ κατηγόρηται ἢ μὴ οἷόν τε γνῶναι ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων· εἰ δὲ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν ἢ ψευδῆ, οὐχ οἷόν τε ὑμᾶς πρότερον εἰδέναι πρὶν ἂν καὶ ἐμοῦ ἀκούσητε ἀπολογουμένου.

---

47) Sic ex Lysia scripsimus suadente Codice L. qui *ἐξηλέγχθησαν* alii *ἐξελέγχθησαν*; paulo infra *ἔτι* omittunt Bekkeri codices L. Z. et Lysias; et haud scio an et *ψευδομαρτυριῶν* sive ut alii

Quid igitur? an Lysiam in hoc dicendi genere nullo inferiorem haec omnia ab Andocide adversario suo, quod oratoribus quidem non raro accidisse minime ignoramus et Dionysii quoque firmat iudicium [48]), accepisse vel potius furatum esse dicamus? Non mihi persuadeor neque Lysiam ex Andocide, neque hunc ex illo sumpsisse puto, sed aliunde utrumque, sive ex scriptis libris quales tunc aetatis exstitisse vidimus, sive ex schola frequentata, cui Lysiae Thurios transitus minime obstat, bene in memoria haeserunt. Et si in Andocidis oratione plura praecedunt, altius fortasse ut cuidam videatur, petita, haec ipsa ex id genus libellis esse adscripta mea fert sententia. Tollas modo nomina quae ibi occurrunt, quae de suo addere debebat orator et locum esse communem videbis quem ab aliis oratoribus et eloquentiae magistris dudum fuisse excussum atque ornatum, valde probabile est. Inprimis enim in prooemiis expoliendis veteres ad exprimendam veritatem multiplici usu exercitati, tantum consumebant studium ut vel posteriores haec in primis elucere, perspexisse non mirum sit. Sic Hermogenes de Critia pag. 143. Ald: *καθαρώτερος δὲ τὴν λέξιν καὶ ὅτε περιβάλλει διευκρινῶν* [Antiphontem scil.] *ὥστε εἶναι καὶ σαφὴς ἅμα τῷ μεγέθει καὶ εὐκρινὴς, ἔχει δὲ πολλαχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δημηγορικοῖς προοιμίοις τὸ ἀληθινόν τε καὶ πιθανόν.* Alius eiusdem Hermogenis illustris locus est pag. 184. Ald.: *ἐν δὲ τῇ δικανικῇ κἂν ἐσκεμμένος ἥκῃς προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ*

ψευδομαρτυριῶντες ab aliena manu sit adiectum; recte enim deest in Andocide *καὶ* ante *ἀδίκως* particula male Lysiae verbis apposita.

48) De Lysiae iudicio pag. 491. seqq. ubi eius in exordiis varietatem miratur: *καίτοι τοῦτό γε* [ut eadem ubique decantent] *καὶ οἱ τοὺς ὀλίγους γράψαντας εὑρίσκονται πεπονθότες. λέγω δὲ τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν τόποις. ἐῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες* [at vix suae aetatis, sed ex iis qui annis multo praecedunt, ut Aeschines Andocidem exscripsit.] *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον. οὑτοσὶ δὲ καινὸς ὁ ῥήτωρ. ἐστὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων.* Sed eadem prooemii verba quae in oratione de Aristophanis opibus leguntur: *τὴν μὲν παρασκευὴν* κ. τ. λ. idem Lysias repetiit in oratione *πρὸς Νικίαν* apud Clement. Alexandr. emendatum Ruhnkenio Histor. crit. pag. XL; ex Lysia vero sumpsisse videtur Aeschines.

παλαιοί· γράφοντες γὰρ πάντες ὑποκρίνονται σχεδιάζειν. διὰ τί; ὅτι ὁ δικαστὴς ὑποπτεύει τὸν ῥήτορα καὶ δέδοικε μὴ ἐξαπατηθῇ τῇ δυνάμει τῆς ῥητορικῆς· αὐτὸ τοίνυν τοῦτό ἐστιν τεχνίτου ῥήτορος τὸ δοκεῖν αὐτόθεν λέγειν ἵνα καὶ οὕτως ὁ δικαστὴς ταραχθῇ καὶ προοίμια ὡς αὐτόθεν εὑρίσκοντες λέγουσι πάλαι σκεψάμενοι καὶ κεφάλαια μεταξὺ ἀναμνησθέντες κατὰ πάσας τὰς δίκας.

Idem in Antiphontis duobus orationibus invenias et ut quod supra de eius communibus locis monuimus magis eluceat, ipso oratoris firmemus exemplo; in priore de caede Herodis longe post prooemium § 14. quae leguntur denuo inveniuntur in alterius principio.

de caede Herodis § 14.
pag. 47. Bkk.

καίτοι τοὺς γὰρ νόμους οἳ κεῖνται περὶ τῶν τοιούτων, πάντας ἂν οἶμαι ὁμολογῆσαι κάλλιστα νόμων ἁπάντων κεῖσθαι καὶ ὁσιώτατα. ὑπάρχει μέν γε αὐτοῖς ἀρχαιοτάτοις εἶναι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἔπειτα τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὅπερ μέγιστόν ἐστι σημεῖον νόμων καλῶς κειμένων· ὁ γὰρ χρόνος καὶ ἡ ἐμπειρία τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα ἐκδιδάσκει τοὺς ἀνθρώπους. ὥστε οὐ δεῖ ὑμᾶς ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων τοὺς νόμους καταμανθάνειν, εἰ καλῶς ὑμῖν κεῖνται ἢ μή, ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοὺς τοῦ κατηγόρου λόγους εἰ ὀρθῶς καὶ νομίμως ὑμᾶς διδάξουσι τὸ πρᾶγμα ἢ οὔ.

de saltatore § 2.
pag. 69.

καὶ τοὺς μὲν νόμους οἳ κεῖνται περὶ τῶν τοιούτων πάντες ἂν ἐπαινέσειεν κάλλιστα νόμων κεῖσθαι καὶ ὁσιώτατα. ὑπάρχει μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀρχαιοτάτοις εἶναι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἔπειτα τοὺς αὐτοὺς αἰεὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὅπερ μέγιστον σημεῖον νόμων καλῶς κειμένων· ὁ χρόνος γὰρ καὶ ἡ ἐμπειρία τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα διδάσκει τοὺς ἀνθρώπους. ὥστ' οὐ δεῖ ἐκ τῶν λόγων τοῦ κατηγοροῦντος ὑμᾶς τοὺς νόμους μαθεῖν εἰ καλῶς ἔχουσιν ἢ μή, ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοὺς τούτων λόγους, εἰ ὀρθῶς ὑμᾶς καὶ νομίμως διδάσκουσιν ἢ οὔ.

Vides locum communem, ut et ea quae in altera praecedunt, optime tractatum quales Antiphontem paratos habuisse memoriae traditum ut eius prooemia et epilogos his locis fuisse

refertos nec Dionysii vituperii, esse quosdam qui eadem semper suis immiscerent orationibus, prorsus esse immunem certum iam constare arbitror.

Praeter Cephalum et Antiphontem qui talia conscripserint exordia galeata quae vocant, quamvis plures qui hoc aggrederentur scribendi genus fuisse non addubitandum, equidem ignoro. Ex posterioribus unus prooemiorum Theophrasti liber a Diogene Laertio laudatur. Supersunt quinquaginta quoque sex prooemia Demosthenis nomini adscripta, spuria ut censent viri docti. Ipse quidem non a Demosthene ut nunc exstant, suum in usum conficta puto, quaedam et aliis gravioribus de causis incerta sunt; plura tamen ex Demosthenis orationibus videntur concisa, qui cum optimus et esset et haberetur orator magnumque eius studium in exordiendo emineret, haec ex multis nunc deperditis orationibus a sequentis aetatis magistris ita conflata arbitror, ut non prooemium modo integrum describerent, sed ex ipsa quoque oratione apta quaeque adderent et necterent, quorum quaedam adhuc integrae supersunt orationes, ut primi et tertii quae ex Olynthiaca prima et Philippica prima descripta sunt; plures deperditae; secundum enim prooemium mala fide esse fictum nemo mihi persuadebit nec potest doceri.

Hic non omittendum quod Cicero de se fatetur, ridiculum fere ut nobis videatur, ad Atticum XVI. 6.:

> *de gloria librum ad te misi, at in eo prooemium est quod in Academico tertio devenit ob eam causam quod habeo VOLUMEN PROOEMIORUM; ex eo deligere soleo quum aliquid σύγγραμμα institui. itaque iam in Tusculano qui non meminissem me abusum esse prooemio, conieci in id librum quem ad te misi.*

non mirum igitur idem Antiphonti aliisque accidisse oratoribus.

Exstat inter Aldi rhetores *τέχνη ῥητορικὴ περὶ προοιμίου* Apsini conscripta paulo accuratius hanc rem excutere in animo habenti. Edidit hic artem, ut supra ex Prolegomenis in Hermogenem monuimus sic inscriptum: *τέχνη ῥητορικὴ περὶ προοιμίων καὶ πίστεων*; et sane non modo prooemia, sed alias quoque pertractat orationis partes. At totus

libellus partim multis refertus est scholiis, partim plura desiderantur, et multa ibi leguntur quae Longini, non Apsinis sunt. [49]) Statim in limine operis alii qui hanc rem evolvissent quid praestiterint narrans haec dicit pag. 682: *εἴρηται μέν τινα καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ προοιμίου τί τέ ἐστι προοίμιον ὅτι ἀρχὴ τοῦ σύμπαντος λόγου, καὶ πόθεν λαμβάνεται προοίμιον, ὅτι ἐκ προσώπου ἢ ἐκ πράγματος ἢ ἐκ ἀμφοῖν.* conf. pag. 684. et Quintil. IV. 1. pag. 299. Antiqui qui eum praecesserunt si praeter exempla plurima ad theoriam quae pertinent nihil aliud dederant de exordio nisi modo laudata,

49) Apsinis opus mire confusum et perturbatum, lacunis plenum, scholiis aliorumque disputationibus auctum, qui ipsius Apsinis auctoritatem laudant v. c. pag. 697. *εἶτα χωρὶς ἑκατέραν λύομεν ὥς ἐστι μὲν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις παραδείγματα. εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Ἀψίνῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ ζητήματι, τὸν προδότην ἔδει δεδέσθαι, παρὰ τῷ συστράτῃ.* pag. 693. *νῦν δὲ ὑποδείξας ἐκ τοῦ πιστευθῆναι καλὴν οἷα εἰργάσατο σκέψασθε ὡς ἐν τῷ Λυσάνδρῳ Ἀψίνης.* pag. 695. *καὶ τί δεῖ δοῦναι τὴν πρώτην τῷ ἀντιδίκῳ καὶ ἐπαινέσαι οἷον ἐγὼ μὲν τὸν ἄλλον βίον ἀνδρὸς οὐκ αἰτιῶμαι ἀλλ' ἐπαινῶ τὰ πλείω πλὴν ἀλλ' ὤφελέ γε ἄχρι τούτων ἵστασθαι ὡς ἐν τῷ Λυσάνδρῳ Ἀψίνης ἠθικῶς ἥψατο τῆς διηγήσεως, καταχρηστικῶς δὲ τὴν πρώτην ἐπήνεσεν.* pag. 694. *τάχους γὰρ φαντασίαν ποιεῖ τὸ σχῆμα ἤγουν τὸ κατ' ἐπιδρομὴν ὡς ἔφη Ἀψίνης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου γεγενῆσθαι ἐπειδή περ ἔμελλεν αὐτὸν ἐγκωμιάζειν.* E quibus quam corruptus sit in Aldina editione libellus intelligi potest; quaedam tamen scholia praeposita voce *ἄλλο* notata sunt. Dicit auctor pag. 703: *εἶπον ὅτι εἰς δύο τέμνεται τὸ ἐπιχείρημα ἢ εἰς παράδειγμα ἢ εἰς ἐνθύμημα.* sed frustra hanc divisionem quaesiveris. Pag. 707. haec leguntur: *ἀναμνήσομεν δὲ καὶ περὶ προσωποποιίας. τί δέ ἐστι προσωποποιία, ἀλλαχόθι που δεδηλώκαμεν.* Notandum vero quicunque haec dederit *περὶ προσωποποιίας*, alium esse auctorem a priore, Apsine, longe diversum, hic enim iam, non Ruhnkenio iudice, apud Weiskium in praef. ad Longin. pag. XXII. pag. 709. alius incipit auctor. Accedit explicato epilogo, quod antecedit opus iam absolutum esse. Quaecunque sequuntur, in quibus illa quoque Longini, nihil commune habent cum Apsine, quod vel solus explicandi mos docet; hic enim multa e veterum libris et fabulis integra leguntur, Apsines praeter pauca quaedam Demosthenis et Thucydidis, quae non tam affert quam leviter attingit, nihil servavit. Haec igitur ex antiquis codicibus restituta denuo excudi, quibus talia curae sunt omnes optabunt.

paucissima sane vix lectu digna exhibebant; sed videndum ne nimis parcus fuerit Apsines et aliis ut ipse plura posset dare dempserit, quamvis veterum libros ei ad manus fuisse omnino dubitari possit. Id certum fiet si quae iam Dionysius Halicarn. de Lysiae iudicio tom. VII. pag. 194. Orat. Reisk. ex veterum τεχνῶν praeceptis laudat, contuleris, ut Anaximenis et Aristotelis mittam leges. Disceptandum igitur quae et qualia sint illa ab antiquioribus iam occupata et quae nova primus dederit Apsines, res cautissime peragenda, ne quod facillime fieri potest, in devia aberres. *)

Sed redeamus ad Antiphontem quem iure primum artificiosum nuncupare possumus, (qui enim praecedunt, Thrasymachus, Theodorus, aequales eius, ut Attici oratores qui dicuntur deinceps alius alium excipiant, a nobis praemissi sunt,) de quo Ruhnkenii dissertatio quamvis negligenter conscripta et multis obruta erroribus, breviter ut rem constringamus nos movet. Recte quantum perscrutari valui, hic alios secutus pag. 813. nostrum Antiphontem Archonte Theopompo Olymp. XCII. 2. capite plexum fuisse ab eoque diversum esse ceterum ignotum illum de quo Xenoph. Histor. graec. II. 1. 40. et ut videtur Lysias atque Theopompus apud Pseudo-Plutarchum qui triginta viris Olymp. XCIV. 2. occisus est. Ruhnkenius quod dicit excusari fortasse posse si dicamus Theramenem propterea Antiphontis exitium triginta tyrannis imputasse quod plures in eorum essent numero, qui ante constitutum trigintaviratum in perniciem Antiphontem impulissent, vix ferri potest. Nam ex Lysiae oratione in Agoratum § 74. pag. 278. Bkk. hos omnes ex quadringentis illis quorum in numerum ipse erat relatus Antiphon, electos esse docemur.

De

*) Fortasse iam huic aetati affigenda sunt, quae auctor ad Herennium et posteriores inde Latinorum rhetores de exordio scribunt, cuius genera esse monet principium, προοίμιον, et insinuationem, ἔφοδον (qui quo graeco nomine exordium appellaverit scire velim); quae de insinuationis divisione ibi cap. 6. leguntur, se non e graecis, sed de suo dedisse ipse auctor est cap. 9. Ἐφόδου rarissime graecis mentio iniecta veluti scholiastae Hermogenis, cuius locus appendici adhaeret.

De Lysidonidis filio dubitari potest si vetustior non exstat auctoritas et primus iam Pseudo-Plutarchus sensisse videtur. Sed hoc et alii. Ne quis vero duos Antiphontes damnatos esse morte miretur, (nam infaustum hoc nomen videtur), tertium addamus ad supplicium datum Demostheni; vid. de corona pag. 271. Reisk. ibique Tayl. et inprimis Dinarchus in Demosthenem pag. 164. Bkk.

Non reticendum vero, si Xenophontis sequimur verba, rem esse miram; nam si revera Theramenes ut ex Lysia discimus, Antiphontis nostri condemnationis auctor erat et ipse nunc alius cognominis, quem triginta viri ad mortem duxerant, mentionem facit; fieri non potuit quin omnium auditorum animos ad iram inflammaret, quibus nostrum oratorem eius consilio caesum fuisse vel invitis nomine vix elato in altam revocari debebat mentem; quare Xenophontis orationem, quod non semel in veterum invenire est orationibus, non accurate veritatis vestigia premere putamus.

Ruhnkenius pag. 818. ex Harpocrationis loco orationem *περὶ μεταστάσεως* eam fuisse credit qua ipsum sese defendit, quae vero nulla est ratio nec contrariam excludit sententiam. Ex Lysia Theramenem eum accusasse videmus; hic vero Apolexis est accusator quae non conveniunt. Ut illud crederet induxisse videntur virum doctum verba: *ὁ στασιώτης ἦν ἐγὼ καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμός* [50]). Haec vero oratio alii est scripta quo fit ut prima appareat persona: sic *λόγος Σαμοθρακικὸς* ex Samii persona habitus [51]) sic in oratione de caede Herodis Helos Mytilenaeus verba facit [52]); quare nisi alia

---

[50]) Erunt fortasse qui ex hoc aliis persuadere conentur orationem *περὶ μεταστάσεως* iunioris esse Antiphontis qui triginta viris diem supremum obiit eumque esse oratoris nostri nepotem ita ut *ὁ πάππος ὁ ἐμὸς* Antiphon Olymp. XCII. 2. damnatus intelligatur.

[51]) Vid. Victorius ad Demetrium de elocutione pag, 52. conf. Boeckhius Oecon. tom. I. pag. 444.

[52]) Heli nomen hucusque non in oratione, sed in hypothesi inventum est. Nunc apparet in lectionis varietate; §. 19. pag. 49. Bkk. enim legitur: *οὑτωσὶ μὲν δὴ πολλοῖς ἂν σωθεὶς τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων καὶ τοῦ δικαίου καθέστηκα ἐς ἀγῶνα.* Codices

causa invenitur maioris momenti qua hanc illam egregiam Thucydidi laudatam defensionem esse probatur, minime credulus Ruhnkenii sequar viam et maior est Plutarchi auctoritas orationem *περὶ ἀγγελίας* ad sese defendendum esse conscriptam.

Alia apud veteres exstitit oratio *περὶ ὁμονοίας* quam auctore Hermogene Antiphonti *τερατοσκόπῳ* affingunt. Philostratus quidem dicit pag. 500. : *σοφιστικὸς δὲ καὶ ἕτερος μὲν σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας* nostri esse putat oratoris, cuius nullum esset testimonium, si ille apud Hermogenem locus aliquid valeret. At hic ipse contrarium docet et teratoscopo abiudicat. Verba dedit Ruhnkenius pag. 803. et hic repetenda:

> *περὶ δὲ ἈΝΤΙΦΩΝΤΟΣ λέγοντας ἀνάγκη προειπεῖν ὅτι καθάπερ ἄλλοι τέ φασιν οὐκ ὀλίγοι καὶ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, πρὸς δὲ καὶ ἀπὸ ἱστορίας φαίνεται, πλείους μὲν γεγόνασιν Ἀντιφῶντες, δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες ὧν καὶ λόγον ἀνάγκη ποιήσασθαι, ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ ῥήτωρ οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι καὶ δημηγορικοὶ καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι. ἕτερος δὲ ὁ καὶ τερατοσκόπος ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς ἀληθείας εἶναι λέγονται λόγοι καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας καὶ οἱ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικός. ἐγὼ δὲ ἕνεκα μὲν τοῦ διαφόρου τῶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἰδεῶν πείθομαι δύο τοὺς Ἀντιφῶντας γενέσθαι· πολὺ γὰρ ὡς ὄντως τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγων πρὸς τοὺς λοιπούς· ἕνεκα δὲ τοῦ παρὰ Πλάτωνι καὶ παρ᾿ ἄλλοις ἱστορουμένου πάλιν οὐ πείθομαι. Θουκιδίδην γὰρ Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων καὶ τὸν μὲν Ῥαμνούσιον εἰδὼς ἐκεῖνον οὗπέρ εἰσιν οἱ φονικοὶ,*

Bekkeri A. B. Z. loco *ἂν* quod nihili est legunt *ἕλος*, unde haud dubie sumpsit hypotheseos auctor. Sed amicus, Sanderus, corruptum censet et legendum: *ΠΟΛΛΟΙΣ ΕΓΩ ΣΟΘΕΙΣ*; *ἐγὼ σωθεὶς*, quod quamvis magis ex usu sit et sagacitate eluceat emendatio, codicum scripturam tamen defendi posse arbitror

τὸν δὲ Θουκιδίδην πολλῷ κεχωρισμένον καὶ κεκοινωνηκότα τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας λόγων πάλιν οὐ πείθομαι. οὐ μὴν ἀλλ' εἴτε εἷς ὁ Ἀντιφῶν ἐγένετο δύο λόγων εἴδεσι τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότων χρησάμενος, εἴτε καὶ δύο χωρὶς ἑκάτερος ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μετελθὼν ἀνάγκη χωρὶς περὶ ἑκατέρου διελθεῖν.

locus est corruptus nec nisi transpositione quod alii iam intellexerunt sanandus; quid vero transponendum minus recte viderunt; sic enim scribendum: . . . *οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας καὶ οἱ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικὸς καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ . . , οὗπερ οἱ περὶ τῆς ἀληθείας εἶναι λέγονται λόγοι· ἐγὼ δὲ . . .* quam emendationem certam dixeris ipso firmatam Hermogene; dicit enim paulo post de utriusque discrimine loquens: *πολὺ γὰρ ὄντως τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγων* [id est *τερατοσκόπου*] *πρὸς τοὺς λοιπούς*, i. e. oratoris; videsne solos veritatis libros teratoscopi opus laudari omissa oratione *περὶ ὁμονοίας*, et ceteris omnibus oratoris opponi, quod idem infra occurrit. Sic igitur contrarium atque vulgo putant evincitur; erat autem sine dubio oratio scripta ad popularis formae et optimatium sectatores amice coniungendos, ne quid detrimenti inde acciperetur, quod ut faceret civitatis status eum facillime commovere poterat. Eodem nomine inscriptam orationem Gorgiam quoque composuisse, supra modo vidimus.

Artem evulgavit Antiphon cuius tertium librum laudat Antatticista; inde tamen quod mire concludit Ruhnkenius, tribus eam constitisse libris ultimumque fuisse tertium non sequitur. De his autem haec tradit Pollux VI. 143. pag. 649: *ἀπαρασκεύῳ ἐν τοῖς περὶ ἀληθείας ἈΝΤΙΦΩΝ εἶπεν· ἀπαρασκεύαστον δὲ ἐν ταῖς ῥητορικαῖς τέχναις. δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι. ἐν μέντοι τοῖς συμβουλευτικοῖς προοιμίοις τοῦ Δημοσθένους τὸ ἀπαρασκευαστότερον γέγραπται.* Cui loco non multum tribuo nisi quis ab Attico *ἀπαρασκεύαστον* omnino dici non potuisse firma mihi probaverit ratione et fortasse de industria quod analogiae magis conveniret ita ab auctore dictum est. Accedam

8 *

Pollucis iudicio si hoc vult non esse vel videri eiusdem Antiphontis qui libros *περὶ ἀληθείας* ediderit; at confundit oratorem cum teratoscopo cuius esse illa volumina omnium constans est veterum consensus, qui quantum distiterint ab nostri orationibus Hermogenes tradidit. Non minus mirum Pollucem prooemia omnia esse Demosthenis, ut videtur, putasse; quare cum aperta nobis desint argumenta quibus suppositicios hos libros censeamus nec ab Antiphontis ratione praecepta huiusmodi conquisita abhorreant, Dionysius quoque pag. 722. talia oratoris nostri agnoscat, Pollux denique ipse dubius suam proferat sententiam, eius iudicium ceteroquin minime negligendum transeamus.

Erat autem Antiphon sagacis mentis qua difficilia quaeque facile expediret, et multa doctus exercitatione [53]) ut rhetorices naturam eum probe perspexisse atque hos libros plurimis et utilissimis rebus refertos fuisse facile exspectes; et sane vel tenuissima vestigia inde servata hoc firmant iudicium. Nam in his de verborum genere et novorum et usu sancitorum disseruit multa ut vel ad grammaticen eum descendisse credas ex his Galeni verbis in Hippocrat. glossar. [54])

> *ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν παραλόγως ἐχόντων ἕξει οὐ ποιεῖν ὀνόματα καινὰ δηλοῖ μὲν καὶ ᾿ΑΝΤΙΦΩΝ ἱκανῶς ὅςγε ὅπως αὐτὰ ποιητέον ἐκδιδάσκει.*

inprimis vero curam et exercitationem oratori commendavit qua de re memorabilis servatus est locus apud Longinum [vulgo Apsinem] pag. 719. Ald.

> *πτερόεντα γοῦν οἱ ποιηταὶ τὰ ἔπη καὶ τὰ ῥήματα λέγουσιν ὅτι τοῖς οὐκ ἄπριξ ἐχομένοις ἀναστάντα πέτεται, αἰνίττεται δὲ καὶ ὁ κατατετρῆσθαι δοκῶν πίθος καὶ τὸ ἐν ᾅδου κόσκινον ὅτι μηδὲν στέγειν δυνάμεθα τῶν εἰς τὴν ψυχὴν εἰσιόντων, ἀλλ᾽ ἀπόῤῥητόν ἐστιν ἄνωθεν ὥσπερ ἀποῤῥέοντός τινος ἀεὶ δεῖ τὸ ἐπεισρέον εἶναι, ᾿ΑΝΤΙΦΩΝ τε ἐν ταῖς ῥητορικαῖς τέχναις τὸ μὲν τὰ παρόντα ἔφη καὶ ὑπάρχοντα καὶ*

---

53) *᾿Εν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς* Caecilio auctore apud Pseudo-Plut. pag. 222. Hutten.

54) Conf. Ruhnken. de Antiphonte pag. 807, Fabric. Bibl. Graeca tom. II. pag. 751. Harl.

παρακείμενα αἰσθάνεσθαι κατὰ φύσιν εἶναι ἡμῖν· παρὰ φύσιν δὲ τὸ φυλάττειν αὐτῶν ἐκποδῶν γενομένων ἐναργῆ πόθον ὅθεν ἐπειδὴ παρὰ φύσιν ἐστὶν τὸ μνημονεύειν, ἡ φροντὶς καὶ ἄσκησις κράτιστον.

Aliud fragmentum legitur apud Ammoninm pag. 127. Valken.

Σημεῖον καὶ Τεκμήριον διαφέρει· ʼΑΝΤΙΦΩΝ ἐν τῇ τέχνῃ: τὰ παρῳχημένα σημείοις πιστοῦσαι, τὰ δὲ μέλλοντα τεκμηρίοις.

quae verba ut constat longe diversa ratione distinguit Aristoteles. Plura quibus de eius orationis disponendae genere aliisque quae huc pertinent rebus certior fias, ex his libris non leguntur.

Licet hoc loco cōniecturam expromere quae etsi certa ratione firmari nequit, probabilitatem tamen maxime sequi videtur. Nam prima exordia exercitationis magis calcant viam quam theoriae quae sensim artem asciscens et exempla removens leges fert, ut supra in oratorum usum prooemia et epilogos elaborata vidimus, nec falli arbitror qui priorum de arte libros non minus multis exemplis quam regulis et praeceptis plenos fuisse statuam, cuius rei vestigium vel in Phaedro nobis restat; veteres enim non modo leges et praescripta dare aliorumque severam agere censuram, sed ipsi quid possint praestare exemplo aliis ostendere solent; hac ratione Isocrates perstringit Polycratem, Lysiam Plato, quo factum ut neminem qui neque in foro neque in causis multum esset versatus, artem conscribere auderet, ad Alexandri usque tempus invenias; Isocrates enim huic sententiae non contrarius est. Iam supra monuimus Aristotelem causam quandam acute et docte a Corace et Tisia *ἐν τέχνῃ* tractatam notare, quam non modo nudis quibusdam praeceptis quibus esset peragenda, sed oratione etiam, qua omnia dilucide exponerentur et in utramque partem callidissime dissererentur, ut in nostri videmus oratoris declamationibus, constitisse mihi persuasum habeo. Similes res exornabat Antiphon et cum eius *τέχναι ῥητορικαὶ* spissum fuerunt opus tribus ad minimum constans libris, *μελέτας* quoque in hanc rem conscriptas, tetralogias puta, eum inseruisse puto, quae quod vi quadam qua ipse

secum contendit auctor[55]), praestant inde resectae sunt; neque id mirum, sic Dionysii Halicarnâs. de óratoribus iudicia non, ut nunc leguntur scripta, sed ex libris divulsa, omissis de arte oratoria praeceptis, velut fragmenta ex naufragió servata consideranda sunt.

Sic hae tetralogiae non in iudicio actae, sed exercitationis ergo quibus in causis defendendis vel accusandis mens acueretur conscriptae, sive solae ut Lysiae epistolae, sive insertae *τέχναις ῥητορικαῖς* in lucem emissae sunt. Id si considerassent viri docti vix eas in dubium vocassent. Prima vero oratio quam saepius perlectam semper spuriam arbitrati sumus nec facile nos quisquam hac sententia depulerit, quod esset *λόγος φονικὸς*, ut dignus censeretur tanto honore cuius nomini affigeretur, orator noster factum videtur.

Vetus hypotheseos auctor Antiphontis tetralogiam similem esse Lysiae orationi *πρὸς Μικίνην* tradit: *ἔοικε δὲ οὗτος ὁ λόγος τῷ Λυσίου λόγῳ τῷ πρὸς Μικίνην γεγραμμένῳ.* Quod si non modo ad causam quae Lysiae erat agenda, sed ad totam orationem, expositionem et argumenta quae in ea offendimus, pertinet, hunc Antiphontem cuius scripta largam oratoribus suppeditabant copiam, imitatum esse probabile est, nec

---

55) Auctor hypothes. in Antiphont. tetralog.: *πανταχοῦ μὲν τὴν οἰκείαν Ἀντιφῶν ἐνδείκνυται δύναμιν, μάλιστα δ' ἐν ταύταις ταῖς τετραλογίαις ἐν αἷς αὐτὸς πρὸς αὐτὸν ἀγωνίζεται. δύο γὰρ ὑπὲρ τοῦ κατηγόρου λόγους εἰπὼν δύο καὶ ὑπὲρ τοῦ φεύγοντος ἐμελέτησεν, ὁμοίως ἐν ἀμφοτέροις εὐδοκιμῶν.* Secundum scholiastam in Aphthonii progymnasmata fol. 6. verso Ald. non *τετραλογιῶν*, sed *δευτερολογιῶν* nomen ferebant hae declamationes; dicit enim haec: *δευτερολογίας δὲ τρόπους τέσσαρας εἶναί φασιν, εἷς μὲν ὅτε τοῦ αὐτοῦ προσώπου καὶ πράγματος μένοντος δύο γίνονται λόγοι ὥστε κατηγορήσαντος τοῦ διώκοντος καὶ ἀπολογησαμένου τοῦ φεύγοντος αὖθις κατηγορῆσαι τὸν διώκοντα [καὶ] ἀνατρέποντα τὴν ἀπολογίαν καὶ τὸν φεύγοντα πάλιν ἀπολογήσασθαι πρὸς τὴν δευτέραν κατηγορίαν ὡς εἶχον αἱ τοῦ ἈΝΤΙΦΩΝΤΟΣ δευτερολογίαι κ. τ. λ.* Syrianus ad Hermog. pag. 169. et Marcellinus pag. 171. nihil de hac vocis significatione; posterior sic: *δευτερολογίαν γὰρ καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τοὺς δευτέρους λόγους ἑτέρων προειπόντων τὰς πρωτολογίας.*

absurdum erit statuere etiam prooemium illud Lysiae et Andocidis et Antiphontis haustum esse exemplis.

Certo Antiphon primus non erat qui res in utramque tractatas sententiam contrariis exponeret orationibus, quod disserendi genus posthac veluti proprium quoddam sibi vindicabant philosophi Academiae; sic primo tempore ex sophistarum exiisse videtur schola nec iniuria dialecticam nuncupaveris eloquentiam; et iam dudum ni fallor in Tisiae aliorumque de arte scriptis hic exercendi campus exagitabatur. Summum apparet fastigium in Thucydidis orationibus acri et acuto elaboratis ingenio quem sophistarum fere maximum dixeris defensorem.

Locus est apud Platonem in Phaedro pag. 83: *τί δαί; τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων κ. τ. λ.* quibus Astius pag. 572. et de vita et scriptis Platonis pag. 90. Antiphontem intelligi arbitratur, quod quibusdam verum videatur, mihi ne probabile quidem est. Hermias rhetorem nusquam memoratum esse dicit Periclis aequalem; idem pag. 183. pro sua harum cognitione e verbis *φησὶν ὁ Λάκων* novum nobis procudit oratorem. Quod si Antiphon esset, quem in animo habuit Plato, quidni ut ceteros ita et hunc suo nuncupasset nomine; deinde cur quem *Nestorem* *) vocatum esse dicunt, Adrastus; eius enim fata nihil ad hanc

---

*) Hoc nomine non Antiphontem tantum, sed Isocratem etiam praedicabant. Syrianus in comment. in Hermog. ideas fol. 35. b. cod. VIII. *περὶ δὲ τοῦ Ὀδυσσέως φησὶν ἔπεα νιφάδεσιν ἐοικότα χειμερίησι οἱ λόγοι αὐτοῦ, αἰνιττόμενος τὸ πλῆθος τοῦ λόγου ὑψηλόν τε καὶ πυκνὸν καὶ καταπληκτικὸν καὶ τὸ μεστὸν τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τούτων ἀθρόως λεγομένων ὁποῖος τίς ἐστιν ὁ Δημοσθένης. ἐπεισάγει δὲ τὸν Νέστορα, χαρακτηρίζοντα τὸν Ἰσοκράτη· ἔχει γὰρ τὸ πιθανὸν ἐκ τῆς ἡδύτητος τοῦ λόγου καὶ τὸ ἀξιόπιστον ἐκ τῆς πλαγιότητος καὶ πείρας τῶν ἱστοριῶν· πλήρης γὰρ δογμάτων καὶ Ἰσοκράτης. κεκαλλωπισμένος τὸν λόγον εἴπερ τὶς ἄλλος. ὅθεν καὶ οἱ τεχνικοὶ τὰ παραδείγματα τῶν παρισώσεων καὶ ἰσοκώλων καὶ ἐπαναφορῶν καὶ ἐπαναστροφῶν καὶ πάντων τῶν σχημάτων τῶν λόγον καλλωπιζόντων ἐξ αὐτοῦ παρειλήφασιν ἃ καὶ περὶ Νέστορος ὁ ποιητὴς ἐπιμαρτύρεται λέγων τοῖσι δὲ Νέστωρ κ. τ. λ.*

rem; denique quod maxime obstat, qua ratione Antiphontem (qui ipse ex sophistarum scholis egressus, eorum acceptis et probatis artificiis artem docuit oratoriam atque evulgavit, declamationes quae τὸ εἰκὸς sequerentur, aliaque id genus reliquit,) sophisticis oratoribus opponere et ut ignarum illarum rerum cum Pericle componere potuerit, erat docendum. Imo Themistius pag. 309. (ex Platonis Menexeno) Platonem Gorgiam et Antiphontem vilipendisse, Periclem vero et Aspasiam ut perfectos considerasse oratores tradit. Legas accurate Socratis verba nec ullum esse nostro rhetori locum invenies. Adrastus est ut iam Heindorfius auguratus, vetus ille ex mythicis temporibus omnium figurarum rudibus quem sobrium Siculis opponit oratoribus. Respicit autem Plato quod primus vidit Matthiae de Tyrtaei carminibus pag. 237. Lips. illius poetae versum III. 8.

οὐδ᾽ εἰ Ταντιλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,
γλῶσσαν δ᾽ Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι.

et haud scio an μειλιχόγηρυν Platoni sit restituendum, unus certe Bekkeri codex habet μελίχηριν. Idem Adrastus Pindaro laudatur Olymp. VI. 13. ad quem locum vid. Boeckhii Explicatt. pag. 155. *)

Antiphonti subiungamus Critiam hominem et litteris non mediocriter doctum et in loquendo paucis suae aetatis imparem, qui cum multum esset versatus in arte, libros ab eo scriptos fuisse non dubitandum quamvis qui et quales fuerint prorsus ignoremus. Cicero de scribendi genere quae tradit in Bruto cap. 7. falsissima sunt, nec ipsum eius unquam legisse orationes inde apparet: Thucydides enim et hunc et Alcibiadem et Theramenem, imo totam illam aetatem similem fuisse censet grandem verbis, rerum brevem ideoque interdum subobscurum. Quae ut non inepte in historicum cadunt, ita mirum quantum a Critiae distent locutione pura et clara qualem in Antiphontis vel Lysiae potius offendimus scriptis [56].

---

*) Pag. 28. καὶ μὴν τό γε ἀναγκαῖον αὖ βαρὺ παντὶ περὶ πᾶν λέγεται, intelligit et hic poetae Theognidis versum 472. Gaisf.

πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ᾽ ἀνιηρὸν ἔφυ.

56) Vid. Dionys. Halic. tom. V. pag. 454.

Egregia et plura de hac nos docet Hermogenis locus paucis versibus censuram tam accuratam agens, ut nisi fortasse aliunde sumpsit totum iudicium quod non puto, ipsi Critiae orationes fuisse ad manus censeas, pag. 144. Ald.

> *ἐγγὺς δὲ τῆς ἰδέας ἐστὶ ταύτης* [Antiphontis] *καὶ ὁ ΚΡΙΤΙΑΣ. . . ἔστι γὰρ οὗτος σεμνὸς μὲν παραπλησίως τῷ Ἀντιφῶντι καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀποφαντικῶν, καθαρώτερος δὲ τὴν λέξιν καὶ ὅτε* [fort. *καὶ ἔστιν ὅτε*] *περιβάλλει διευκρινῶν ὥστε εἶναι καὶ σαφὴς ἅμα τῷ μεγέθει καὶ εὐκρινὴς, ἔχει δὲ πολλαχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δημηγορικοῖς προοιμίοις καὶ τὸ ἀληθινόν τε καὶ πιθανόν, ἐπιμελὴς δὲ ὢν οὐ μετρίως, ὅμως οὐχ ἁπλῶς χρῆται τῷ τοιούτῳ κόσμῳ, οὐδὲ κατὰ τὸν Ἀντιφῶντα προςκόρως καὶ σαφῆ τὴν ἐπιτήδευσιν ἔχοντι, ἀλλ᾽ ὥστε μετέχειν καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ ἀλήθους.*

similia apud Philostratum pag. 5?2. et Dionys. Halic. Lysiae iud. pag. 161. quae item eandem Antiphontis atque Critiae fuisse elocutionem docent. Ego tamen non satis mirari possum et nisi tam certa essent testimonia, post anarchiae tempus eius exstitisse orationes omnino negaverim. Cum enim ex triginta virum esset numero maximamque in cives suos crudelitatem exercuisset, omnes eius libros ne quidquam viri abominandi exstaret, ab ipsis suppressos esse quod facile fieri potuit, Atheniensibus necessario fere exspectes; sic Protagorae scripta Vulcano tradidisse dicuntur. Imo et ex lapidibus et monumentis abominata nomina exsculpebant. Adde iusiurandum notum: *οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ πλὴν τῶν τριάκοντα κ. τ. λ.* et in Critiam odium tantum fuit ut, hunc quod educasset, Socratem condemnasse narrentur [57]) Accedit etiam Alexandro Aphrodisiensi auctore duos fuisse Critias, alterum hunc nostrum, alterum sophistam aliunde mihi ignotum, cuius scripta fere omnia ferri; Callaeschri enim filium praeter *πολιτείας ἐμμέτρους*, sive ut aliis audiunt *ἐλεγεῖα*, nihil scriptum reliquisse [58]). Quibus si nihil est

[57]) Vid. Aeschines in Timarch. § 173. pag. 306. Bkk.

tribuendum, rarum et haud leve temperantiae Atheniensium exemplum aspicimus.

Theramenes quoque rhetoricen exer-cuit in qua auctore Dionysio de Isocratis iudicio pag. 535, Isocratem ab eo eruditum esse quidam testantur; quod ut ut est, id tamen eum hanc artem alios docuisse inde sequitur neque de ea scripsisse improbabile est.[59]. Non contemnenda quae apud Troilum sophistam exstant in Bibl. Coisl. pag. 594.:

> *τούτῳ δὲ διαφέρει μέρος εἴδους ᾧ τὸ μὲν εἶδος ὁλόκληρον ἀποτελεῖ ῥήτορα, τὸ δὲ μέρος μή· ὅστις γὰρ ἓν τῶν εἰδῶν οἶδεν, ῥήτωρ ἐστὶν οἷον ΘΕΡΑΜΕΝΗΣ ὁ κόθορνος συμβουλεύειν μόνον εἰδὼς ῥήτωρ ἐνομίζετο· ΖΗΝΩΝ δικάζεσθαι μόνον ῥήτωρ ἤκουε καὶ ΓΟΡΓΙΑΣ πανηγυρίζειν μόνον ῥήτωρ.*

notatur scilicet provincia in qua maxime quisque regnabat, et si fides non deneganda est, qui primus *τὸ δημηγορικὸν εἶδος*, ceteris ut ex Aristotele supra vidimus, neglectum expoliverit, Theramenes in quo facile cognovimus Isocratis praeceptorem fuisse videtur.

Sequitur Lysias de quo unus Platonis Phaedrus largam praestat disserendi copiam. Quod si Caecilii Siculi servatus

---

58) Ad Aristotelis verba de Anima cap. 4: *ἕτεροι δ' αἷμα καθάπερ Κριτίας τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες. τοῦτο δ' ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν* dicit Philoponus fol. 20. b. *Κριτίαν ἔτι τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροᾶτο ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει. οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα: φασὶ δὲ καὶ ἄλλον Κριτίαν γεγονέναι σοφιστὴν οὗ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι ὡς Ἀλέξανδρος λέγει· τὸν γὰρ τῶν τριάκοντα μηδὲ γεγραφέναι ἄλλο τι πλὴν πολιτείας ἐμμέτρους. οὗτος οὖν τὴν ψυχὴν ἔλεγεν εἶναι αἷμα.* Et Simplicius ad eundem locum fol. 8. *ὁ δὲ τὸ αἷμα τὴν ψυχὴν θέμενος Κριτίας εἴτε ὁ τῶν τριάκοντα γενόμενος εἷς, εἴτε σοφιστής τις, οὐδὲν ἡμῖν διοίσει. εἰς τοῦτο δὲ ὑπεφέρετο διὰ τὸ τὰ ἐν ἡμῖν ἄναιμα οἷον τὰ ὀστᾶ ἀναίσθητα ὁρᾶν.* Sed et Phrynichus apud Photium pag. 101. Bkk. Critiae scripta agnoscit.

59) Ars eius laudatur loco subobscuro apud Pseudo-Plut. decem Oratt. pag. 236, Hutt. *καὶ ἐκείνου* [Theramenis de quo supra locutus est] *τινὰς οὔσας τέχνας αὐτῷ φασὶ συμπραγματεύσασθαι ἡνίκα ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐσυκοφαντεῖτο, αἳ εἰσιν ἐπιγεγραμμέναι Βότωνος.*

esset liber paulo quidem vehementius, ut videtur, in Philosophum ad Lysiam ipsum fere Siculum defendendum conscriptus [60]), omnia haud dubie quae nobis in animo est proferre, iam occupata inveniremus, nunc vero acta denuo agere, etiamsi non eodem felici successu, eo minus inutile arbitramur esse quod Lysiam Platonis moti auctoritate grandi despicere solent supercilio. Ad amatoriam quod pertinet orationem, mirum sane cur Plato tam parvam et quam dicunt vilem atque humilem oratiunculam, cum aliae Lysiae supersint egregiae et praestantes omni superiores laude orationes, in dialogum suum suscepisset, nemini ut disquireret in mentem venisse, quod perscrutari fortasse ne operae quidem pretio dignum existimarunt. Nec parvi haec est quaestio momenti; de industria enim Platonem quo maior rhetorem illudendi esset occasio, aut ut suam de amore explanaret sententiam, illam pertractandam sibi sumpsisse coniiciant, quod utrumque falsum. Omnem hanc dubitationem solvit historiae et temporum cognitio. Lysiam a Siculis instructum praeceptoribus multum in arte versatum et post cum Theodorus eum, ut traditur, subtilitate longe praecessisset, orationes quibus aut ipse uteretur aut alios adiuvaret in iudicio conscripsisse ex

---

60) Longin. cap. 32. *τοῖς τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρῶν ὅμως αὐτὸ ὁ Καικίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ.* At Photius prorsus alia docet de Lysia pag. 489. Bkk. *Καικίλιος δὲ ἁμαρτάνει εὑρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα εἴπερ ἄλλον τινὰ συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι τὰ εὑρεθέντια οὐχ οὕτως ἱκανόν· καὶ γὰρ κἂν τούτῳ τῷ μέρει τῆς ἀρετῆς τοῦ λόγου οὐδενὸς ὁρᾶται φαυλότερος.* quae Caecilium non caeco Lysiae amore aut nimio Platonis odio, ut Longinus dicit partes suas, sed nimis potius de Lysia severam censuram egisse demonstrant, nec quomodo hos duos locos conciliem intelligo. Hermogenes quoque de Lysiae oratione suam exponere sententiam in animo habuit; dicit enim pag. 107. Ald. *ἀλλὰ περὶ Λυσίου καὶ τοῦ Λυσίου λόγου εἴτ' οὖν παντὸς εἴτε καὶ αὐτοῦ μόνου τοῦ ἐρωτικοῦ τανῦν ἀναβεβλήσθω, ἐπὶ δὲ τὸ προτεθὲν ἐπανιτέον.* Nuper vero quidam ut illam apud Platonem Lysiae vindicaret, et hanc et omnes Lysiae orationes ut nequam condemnare est ausus.

Aristotelis loco satis constat[61]). Quid vero si Platoni non licuit ex illis quae nunc circumferuntur, aliquam eligere ut tunc temporis nondum compositis? Et sane res ita se habet. Post anarchiae annum Lysias demum arte remota in forum processit; antea nullam orationem iudicum submissam iudicio conscripserat. Iam Phaedro aliquot annos ante Archontem Euclidem in lucem edito[62]), si Lysiae facere vellet mentionem, ut ex huius declamationibus aliquam ad examinandam sumeret, Platonem omnino fuisse coactum necessario evincitur. Sed demonstrandum quod de Lysia affirmavimus; sensit iam Taylorus Vit. Lys. pag. 150. Reisk. *orationes*, inquit, *videtur exarasse in extrema senectute; quarum enim aetatem eruere possumus, eae omnes post trigintaviratum conficiebantur*[63]). At nulla opus est coniectura, cum maxima nobis superstet et certissima ipsius Lysiae auctoritas. Nam oratio quam contra Eratosthenem unum ex trigintaviris habebat, prima est omnium ut haec docent verba praemio inserta § 3. pag. 243. Bkk.

> *ἐγὼ μὲν οὖν ὦ ἄνδρες δικασταὶ οὔτ᾽ ἐμαυτοῦ πώποτε οὔτε ἀλλότρια πράγματα πράξας νῦν ἠνάγκασμαι ὑπὸ τῶν γεγενημένων τούτου κατηγορεῖν, ὥστε πολλάκις εἰς πολλὴν ἀθυμίαν κατέ-*

---

61) Cicero in Bruto cap. 42. *Nam Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi, deinde quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus vero ieiunior, orationibus eum scribere aliis coepisse, artem removisse.* Conf. Manso l. l. pag. 13. seq.

62) Quae nuper Socherus de Platonis scriptis ad hanc sententiam refellendam docte disputavit pag. 309—325., ut nunc video, non ea sunt, quae illam infirment, nec novae desunt quibus stabiliamus rationes.

63) Quid vero Haenisch in dissertatione de Lysiae oratione apud Platonem pag. 27.:

> *quarum enim aetatem eruere possumus, eae omnes exactis triginta tyrannis confectae sunt quo tempore Lysias longius provectus erat aetate quam qui de rebus amatoriis scribere aut vellet, aut si voluisset, commode posset.*

sed epistola amatoria *πρὸς Μετάνειραν,* summa Lysiae aetate conscripta laudatur in Codice 𝔄. ad Platonis Gorgiam pag. 347. Bkk. Apud Harpocrat. quae leguntur: *ἀπαγορεύειν ἀντὶ τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτως ἔχειν. Λυσίας ἐρωτικῷ.* non ad nostrum pertinent amatorium et fort. auctor scripsit *ἐρωτικοῖς.*

στην μὴ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἀναξίως καὶ ἀδυνάτως ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ ἐμαυτοῦ τὴν κατηγορίαν ποιήσομαι· ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι.

Ex Lysia quod probavimus, id si quis attendit, ex ipso Phaedro non obscure colligere potest; nam pag. 4. hic dicit:

οἴει με ἃ Λυσίας ἐν πολλῷ χρόνῳ κατὰ σχολὴν συνέθηκε δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν ταῦτα ἰδιώτην ὄντα ἀπομνημονεύσειν ἀξίως ἐκείνου;

et pag. 61:

καὶ γάρ τις αὐτὸν ὦ θαυμάσιε ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλει λογόγραφον,

qui si ipse iam orator in iudicio contendisset, nunquam hoc audisset nomen. Causam vero qua ante anarchiam frustra in foro Lysiam quaerimus, alii in reipublicae fortasse permutatione invenient, alii aliis in rebus. Sed non negligendum quod de vitae eius ratione traditur. Erat enim Lysias ut eius pater Cephalus, *μέτοικος;* pro suis in rempublicam restituendam meritis civitate ut donaretur, rogavit Thrasybulus, quod quum casu non impetrasset, negata civitate in *ἰσοτελῶν* numerum relatus est, et fortasse his aeque atque civibus causam agere ius erat, nisi privatim Lysiae oratori erat permissum; nam de hac re nusquam certum legere memini. Ne quid tamen reticeam, oratio octava, *κατηγορία κακολογιῶν,* quae tantopere viros doctos vexavit, praeter illam apud Platonem, si quid video sola superstes exercitatio ante anarchiam confecta. Epistolam non esse quae Reiskii est sententia, vel prima ostendunt prooemii verba. In hac antitheseon genus (res ipse ficta videtur) magis quam in ceteris frequentatum apparet v. c. *ἀνιαρὸν μὲν οὖν ἀναγκάζεσθαι λέγειν περὶ τούτων, ἀδύνατον δὲ μὴ λέγειν,* item: *καὶ ἐγὼ μὲν ᾤμην φιλοσοφοῦντας αὐτοὺς περὶ τοῦ πράγματος ἀντιλέγειν τὸν ἐναντίον λόγον. οἱ δ' ἄρα οὐκ ἀντέλεγον, ἀλλ' ἀντέπραττον* aliaque plura et tota res nimis est exilis quam ut post illud tempus a Lysia explicitum existimes; sed oratio accuratius examinanda est ut quod sit verum eluceat.

Platonem vero quamvis hic a convicio quo quis eum proscindat, defendimus, tamen non possumus quin multo gravius (*καὶ μή μοι θορυβήσητε*) accusemus, quod Caecilium quoque ei vitio vertisse mihi persuasum habeo. Omnino Phaedrum primum esse opus conscriptum tenendum et quamvis praestantis eius de philosophia sententiae principia postea latius explanata in hoc iam reperiantur, tamen poetica elocutione juvenilis, si ita appellare licet temeritas, *τὸ νεανιεύεσθαι*, qua undecunque aliorum corradit menda, nimis elucet. Haec *φιλοτιμία* iam a veteribus notata est; vid. Dionys. Halic. pag. 756. Diogenes III. 38; item vestigia exstant apud Themistium pag. 329.: *καὶ τηνικαῦτα οὐ κατώκνεις οὐδὲ ἐδεδοίκεις μή τίς σε μειρακιεύεσθαι ὑπολάβοι ἁμιλλωμένην πρὸς Λυσίαν καὶ Θουκιδίδην καὶ τοὺς μὲν ἀποσκορακίζουσάν τε καὶ μονονουχὶ ἐπιῤῥαπίζουσαν αὖ τῷ Γοργίᾳ καὶ Ἀντιφῶντι· Περικλέα δὲ ἐπαινοῦσαν μόνον καὶ Ἀσπασίαν ὡς ῥήτορας τελεσιούργους τε καὶ ὑψηλολόγους ὅτι ἐκ τῆς Ἀναξαγόρου ἀδολεσχίας ταῦτα προςειλκύσαντο εἰς τὴν τέχνην*[64]). Lysiae *λόγον ἐρωτικὸν* ut ex omni parte perfectam orationem atque unicum fere eloquentiae exemplar praeponens, quae abundent quae desiderentur quaeve alieno posita sint loco, ad sophistarum leges examinat acriter perstringit et rhetoris nobilissimi rhetorum praeceptis orationem non convenire, id est Lysiam sibi contrarium esse, demonstrare conatur, quae omnia qua arte quaque praestiterit fortuna notum est. Quid vero, si *λόγος* ille *ἐρωτικὸς* oratio non est neque ipsius auctoris consilio oratio sit? Num omnia de ea praecepta et leges hucusque latas quibus eius probemus veritatem adhibeas? Est enim epistola ad amatum conscripta

---

64) **Accedat Herniae locus pag. 63.:** *τὰ δὲ ἐγκλήματα νῦν ἅ τινες κατηγοροῦσι Πλάτωνος ἐπὶ τούτῳ τῷ συγγράμματι, ἵνα καὶ τούτων προδιευκρινομένων ἡ ἀνάγνωσις λοιπὸν ἡμῖν ἀπερίσπαστος ᾖ. φασὶ γὰρ πρῶτον μὲν οὐ δέοντος κατ' ἔρωτος καὶ ὑπὲρ ἔρωτος πεποιῆσθαι αὐτὸν τὸν λόγον, ὥσπερ μειράκιον φιλοτιμούμενον, εἰς ἑκάτερον ἔπεισι τὸ ἀντιγράφειν τῷ Λυσίου λόγῳ καὶ ἁμιλλᾶσθαι· βασκάνου τινὸς φιλονείκου νέου ἔοικεν εἶναι κωμῳδοῦντος τὸν ῥήτορα καὶ εἰς ἀτεχνίαν αὐτὸν διαβάλλοντος, ἔπειτα δὲ καὶ τῇ λέξει κεχρῆσθαι ἀπειροκάλῳ καὶ ἐξωγκωμένῃ καὶ στομφώδει καὶ ποιητικῇ μᾶλλον ὡς καὶ αὐτὸς ἐπεσημήνατο.*

pulcre ornateque ut ideo iustae fere contineat orationis speciem, exarata quo factum ut plurima quae litterarum consuetudini optime conveniant, artificiosae vero orationi contraria sint, ibi reperiamus. An epistolae eadem praecepta, eaedem regulae atque probae orationis quam si re vera dare voluisset Lysias, omnia diverse elaborata et disposita atque nunc legeremus. Epistolam vero esse, vel si ita malis nuncupare orationem epistolae forma conscriptam, et totus docet elocutionis tenor et inprimis ultima haec verba pag. 16.: *ἐγὼ μὲν οὖν ἱκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς ἡγούμενος παραλελεῖφθαι, ἐρώτα.* Quis unquam per deos talem emisit orationi epilogum? Utinamne deesset *ἔῤῥωσο*, ut est v. c. in Isocratis septimae epistolae *) fine: *ἔῤῥωσο κἄν του δέῃ τῶν παρ' ἐμῶν, ἐπίστελλε.* quod fortasse cum tam multi sint qui nisi omnia quasi digitis enumerare vales, nihil perspicere fingant, illorum dispellat dubitationem. Et tertius qui dicitur *λόγος ἐρωτικὸς* ad eundem quem in animo habuit, Lysias puerum conscriptus et missus, cuius auctor tractans rem eandem et hunc et Platonem antevenire studuit, nunc nuper ex orco rediit. Exstat in M. Corn. Frontonis reliquiis pag. 34. seqq. Nieb. valde truncatus quod dolendum: longe enim optimus est omnium quae ex Frontonis libris nobis supersunt, non iniuria a M. Caesare in epistola ad magistrum suum pag. 32. seqq. magna ornatus laude. Novas exhibet ad alliciendum et persuadendum rationes pulcre expolitas et apto transgressu connexas [65]; primum enim *τὸ συμφέρον* et *ὠφέλιμον* in usum suum vertit; transit deinde ad alterum locum *τὸ δίκαιον* et callide *τὸ ἔνδοξον* denique et *ἔντιμον* aliaque his non dissimilia quo maior fini inhaereat vis,

---

*) Mirum hanc Isocratis epistolam similiter incipere: *περὶ μὲν τῆς οἰκειότητος τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους οἶμαι σε πολλῶν ἀκηκοέναι, συγχαίρω δέ σοι πυνθανόμενος κ. τ. λ.* Quod fortasso aliquem offendat pag. 16. *σὺ οὖν τῶν εἰρημένων μέμνησο* commune est verbum et singulare, *τὸ γράφειν* continet. Isocrat. epist. laud. *ἔτι δ' ἂν πλείω σοι περὶ τούτων διειλέχθην εἰ μὴ παντάπασιν ἔδει με διὰ ταχέων γράψαι σοι τὴν ἐπιστολήν·* et ep. 8. *οἷς οὐδὲ πρότερον διειλέχθην . . περὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν.*

65) Vid. Frontonis reliqq. pag. 256. Nieb.

subiungit. At ne hic quidem sermo oratio est, sed ex auctoris ipsius sententia qualem Lysiam dedisse modo probavimus epistola, quod vel prima docent verba:

> *Ὦ φίλε παῖ. τρίτον ἤδη σοι τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυσίου τοῦ Κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος τοῦ σοφοῦ, τὸ δὲ δὴ τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου ἀνδρὸς τὴν μὲν φωνὴν ὀλίγου δεῖν βαρβάρου, τὴν δὲ γνώμην ὡς ἡγοῦμαι ἀξυνέτου. Γράφω δὲ νῦν οὐδέν τι τῶν πρότερον γεγραμμένων ἐφαπτόμενος, μηδὲ ἀμελήσῃς ὡς παλιλλογοῦντος. εἰ δὲ δόξει τῶν πρότερον διὰ Λυσίου καὶ Πλάτωνος ἐπεσταλμένων πλείω τάδε εἶναι, ἔστω σοι τεκμήριον ὡς εὔλογα ἀξιῶ, ὅτι οὐκ ἀπορῶ λόγων.*

hanc nostram sententiam quam quisque nullo videre potuit negotio, firmatam vides Hermiae loco memoratu dignissimo pag. 77. Ast.

> *εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι αὐτοῦ [αὐτοῦ τοῦ] Λυσίου ὁ λόγος οὗτός ἐστι καὶ φέρεται ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς ἐκείνου εὐδοκιμοῦσα καὶ ΑΥΤΗ Ἡ ἘΠΙΣΤΟΛΗ. βούλεται δὲ ἃ πρὸς παρόντα εἶπε τὸν Φαῖδρον καὶ ἀπόντα αὐτὸν ὑπομνῆσαι.*

vix de suo dedit Hermias, sed ut apparet ex rhetorum in Phaedrum notis. Item Suidas tradit Lysiam scripsisse: *καὶ ἐπιστολὰς ζ' μίαν μὲν πραγματικήν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐρωτικὰς ὧν αἱ πέντε πρὸς μειράκια:* et Photius pag. 488. Bkk. *συγκεφαλαιοῦσι δὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ δημηγορίαι, ἐπιστολαί, ἐγκώμια, ἐπιτάφιοι, ἐρωτικοὶ καὶ Σωκράτους ἀπολογία.* Ad nostram igitur epistolam et reliquas, quae Dionysius Halicarn. habet verba pertinent, pag. 165: *περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἐρωτικῶν καὶ τῶν ἄλλων οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν οὐδὲν δέομαι λέγειν.* Quae si cui non persuadeant, mittamus eum, meliora qui doceat

> *εἰς Ἔχετον βασιλῆα βροτῶν, δηλήμονα πάντων*
> *ὅς ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ.*

Haec

Haec vera est ratio quam si censuram agere velimus nobis ubique erit sequendum; itaque vel in limine quod Plato Lysiam accusat pag. 75. seq. non modo iustum orationis exordium desiderari, sed vice versa ab epilogo et fine initium fieri, scite quidem et acute monitum, sane enim casu accidit ut prima verba haud inepte totam finire possent epistolam, sed cavillatione magis quam veritate dictum. Ex abrupto orditur Lysias his verbis: *περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν τούτων γενομένων ἀκήκοας.* Attendas quaeso; nihil scimus, nihil audivimus; inde cum nos in mediam abripimur rem quaedam ante facta et dicta, nunc ut nota omitti sequitur, quod optimo iure suo in epistola fieri potest et solet, si de re saepius inter inter nos iam excussa verba facimus, minime vero in oratione; et fortasse, si coniectura uti licet, haec epistola non per se sola stat, sed cum quinque Lysiam scripsisse ad pueros sit traditum cum alia dudum ante in lucem emissa ut mera sit praecedentis continuatio, cohaesit.

Iam vero ut singula transeamus, quid in universum effecit Plato et qualia sunt illa quae ipse docens se rem eandem melius esse expediturum emendarit? Omnia si recte perpenderis, Platonem Lysiae epistolam in iustam mutasse orationem ideoque easdem Lysiae res et sententias, alia collocare ratione, quippe qui alio uteretur scribendi genere, coactum fuisse invenies. Veteres iam Platonem non auctoris sententias quas ipse repetit, sed ineptam earum collocationem vituperare notabant, ut Hermogenes pag. 107. Ald.:

> *καὶ τοῦτο Πλάτων αἰτιᾶται τοῦ Λυσίου ἐρωτικοῦ ὡς ταῖς ἐννοίαις οὐκ εὐαρμόστως αὐτοῦ χρησαμένου οὐδὲ τῇ τάξει, οὐ μὴν τὰς ἐννοίας γε αὐτὰς αἰτιᾶταί γε οὐδὲ τὴν λέξιν, ἐπεί γε ἐννοίαις καὶ αὐτὸς χρῆται ταῖς αὐταῖς· τὴν δ' αὖ λέξιν καὶ πάνυ ἐπαινεῖ σφόδρα εὖ φάσκων τοῖς τε ὀνόμασι καὶ ῥήμασι τὸν λόγον ἀποτετορνεῦσθαι καὶ οὐκ ἀγεννῶς εἰρῆσθαι [66]) τὸ ἐπίον τῷ ῥήτορι.*

66) Vid. Heindorfius ad Plat. Phaedr. pag. 211.

et Hermias pag. 185. :

> τριῶν δὲ ὄντων τούτων εὑρέσεως καὶ τάξεως ἐν παντὶ λόγῳ καὶ φράσεως μέμφεται τὸν Λυσίαν οὐκ ἐν τῇ εὑρέσει καὶ φράσει, ἀλλὰ ἐν τῇ οἰκονομίᾳ καὶ φράσει.

et pag. 187. :

> οὕτως οὖν ἔγραψε τὸν λόγον ὡς ἐξ ὑπτίας πλέων ἐπ' ἐξουσίας ἔχων καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ διατιθέμενος τὸν λόγον, ὥστε παρὰ τοὺς χρόνους ἤρξατο καὶ παρὰ φύσιν ὡς οἱ κολυμβῶντες ὕπτιοι, ὅθεν ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος λαβόντες οἱ Κριτικοί φασι περὶ Λυσίου ὅτι τίκτειν δυνατὸς ἐγένετο, τάξαι δὲ οὔ, διὰ τὸ εὑρετικὸν αὐτοῦ καὶ ἄτακτον τοῦ λόγου.

criticum illum Caecilium fuisse, supra ex Photio pag. 489. Bkk. docuimus quem Platonis adversarium ab hoc id accepisse nemo erit qui verum esse arbitretur, inprimis cum Caecilium tanta in his rebus diiudicandis cognitione praeditum constet qui in aliorum fugere clientelam despiceret.

Iuvenis admodum erat Plato haec cum componeret, Lysias senilem iam attingens aetatem et tanta subactus exercitatione ut quid orationi, quid epistolae conveniret, ipse omnium maxime perspiceret, nec tironum indigeret praeceptis.

Unum adhuc afferam quod iuvenilem quem diximus Platonis animum ostendat et in quo divinum desideres augurium. Nam in extrema dialogi pagina de senioribus Lysia et Isocrate iudicium suum ferens haec dicit:

> δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι, ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν προϊούσης τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων, ἔτι τε εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα· φύσει γάρ ὦ φίλε ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. ταῦτα δὴ οὖν ἐγὼ μὲν παρὰ τῶνδε τῶν θεῶν ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ, σὺ δὲ ἐκεῖνα ὡς σοῖς Λυσίᾳ.

quae licet omnes fere decantent, infelix est auguratio cuius contrarium docuit eventus et quovis fere pignore certare paratus sum Platonem suam de Isocrate sententiam mirum quantum postea mutasse [67]); est enim hic homo simplicissimus et quamquam multum iactans ubique sese in numero *τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων* collocat, ab ea alienissimus; aliud enim philosophia Platoni, aliud Isocrati nec unquam eum philosophum dicere audeas, nisi solum utilitatis studium quod sane ubivis elucet in orationibus, hoc nomine dignum censeas. Philosophiam quae a natura in eius animo inesse dicitur, me quidem et alios frustra quaesivisse ingenue fateor. Ab illa enim interiore rerum perscrutatione atque subtilitate quam maxime abhorret, et qui multum elaborent in disquirendo, *ἀνδρία, δικαιοσύνη, σοφία,* [68]) sintne unum an multa aliisque eiusmodi rebus, stupidos esse et futiles tractare nugas quae omni careant utilitate, quae finis ei omnium rerum fuisse videtur, severe declamat; possunt multa quibus haec firmentur congeri, sed qui neque viri huius mores neque eius ignorant orationes, minime id flagitare certo scio.

Sed ineptum esset talia Platoni vitio ducere nec mirum eum non optimum de Lysia dedisse iudicium; illo enim tempore quo Phaedrum emisit, nulla exstitit iudicialis oratio, ut saepius iam monuimus; ludicras vero laudationes exercendi et ingenii ostentandi causa, non ex animi sententia, fictas ut par erat, quamvis gravia inventionis testimonia [69]) in rebus paradoxis, quod *τὸ εἰκὸς* maxime sequi debebant, non magni facere potuit.

Fuit Taylorus qui in Vita Lys. pag. 151. seqq. Reisk. *λόγον ἐρωτικὸν* apud Platonem qui legitur, non oratoris, sed alius esse Lysiae contenderet. Id ut censeret, maxime motus est [Demosthenis] oratione *κατὰ Νεαίρας,* ubi Lysias quidam

---

67) Vid. supra not. 98.

68) Quartum *σωφροσύνη* excidisse coniicias *ἐν τῷ κειμένῳ.* Sed in Isocrate talia minime curante hoc non premendum est.

69) Dionys. Halic. pag. 488: *δηλοῦσι δὲ μάλιστα τὴν δεινότητα τῆς εὑρέσεως αὐτοῦ οἵ τε ἀμάρτυροι τῶν λόγων καὶ οἱ περὶ τὰς παραδόξους συνταχθέντες ὑποθέσεις.*

item Cephali filius invenitur, quem nostrum non esse posse, ex temporum rationibus docere studet. Qui quamquam non paucos quibus falsa videretur haec sententia [70]), reperit, nemo tamen quantum equidem scio, qui rationes eius refelleret et difficultates removeret, ortus est; alii tam perversae erant mentis ut totam orationem a Platone fictam opinarentur, et omnes sicco pede hanc rem transeunt. Summa vero illius disputationis haec est:

Lysias quidam ab auctore, qui vulgo Demosthenes audit, Metaniram et Nicaretem quas puerili adhuc aetate secuta est Neaera, secum Athenas ad mysteria duxisse dicitur, sed uxorem reveritus, Brachylli fratris filiam, itemque matrem suam natu grandem, mulierculas ad amicum Philostratum deduxerat. At nostro oratori Brachyllus non erat frater, verum Polemarchus et Euthydemus, tum Demosthenes nostrum non ῥήτορα sed σοφιστὴν appellat; denique quod gravissimum, tempora non congruunt. Oratio enim illa in Neaeram tum iam grandiusculam utpote quae occeperat quaestum, post res Olynthicas, Olymp. CVII.4. habita est, triginta post Lysiae decessum annos. Adde hunc hominem domi matrem superstitem habuisse. Ergo alius atque noster qui Olymp. C. 1. mortem obiit, intelligitur. Ad hunc sophistam et erotica illa et alia oratore Lysia indigna referenda sunt.

His non inficete opponas ne hunc quidem Lysiam quem Taylorus ex Pseudo-Demosthene sibi eruisse videtur, orationis apud Platonem auctorem esse posse, sed nostrum si negligis, tertium esse fingendum; obstant enim tempora. Nam illum a Platone laudatum virili aetate quadragesimum ad minimum egisse annum utpote Isocrate maiorem natu et magnam in scribendo gloriam adeptam esse ex ipsius Platonis constat verbis. Inde eadem manet difficultas: iam quadragesimo anno si fuit, centum certe annos vixisse necesse est cui adhuc

---

70) V. c. Heindorf. ad Plat. Phaedrum pag. 187., Haenisch init. l. l., Wyttenbach. ad Plutarch. de recta audiendi rat. pag. 40, E. pag. 340. Reiske ad Demosth. pag. 1351, 26.

superstes erat mater. At Taylorus neque orationem in Neaeram satis inspexit, neque temporum calculos recte subduxit, quod si fecisset, unum atque eundem esse Lysiam Cephali filium invenisset. Dicit orator ille incertus de Neaera Lysiam Athenas secuta: *συνηκολούθει δὲ καὶ Νέαιρα αὕτη ἐργαζομένη μὲν ἤδη τῷ σώματι, νεωτέρα δὲ οὖσα διὰ τὸ μήπω τὴν ἡλικίαν αὐτῇ παρεῖναι.* Habes puellulam duodecimum vix egressam annum. Iam post multum temporis spatium cum dudum magna cum laude et gloria indefessa in ista clinopale pugnasset, sexcentorumque amatorum quorum apud oratorem quaedam est legere nomina, ilia rupisset a Phrynone ad amicum Chabriam quo tempore hic victoriam Pythio quadrigarum certamine ablatam celebrabat Archonte Socratide [Olymp. CI. 3.] in convivium ducitur; ab eoque non ex animi sententia tractata, Archonte Asteio [Olymp. CI. 4.] aufugit. Haec igitur certa sunt testimonia; nam quo anno oratio ipsa habita, quid ad nos? Neaera cum primum venit Athenas, vix duodecim annorum puella; ad convivium cum esset ducta, tricesimo ad minimum proxima erat; inde quam habuit consuetudinem cum Metanira Lysias, non modo non post oratoris nostri mortem, sed ne sub finem quidem vitae accidisse sponte apparet; factum est ad septuagesimum fere annum, quo cur eius matrem, fortasse novercam, vita privemus nullam video idoneam causam nec satis humanum videtur. Obitum Lysiae Taylorus ut certum pag. 150 collocat Olymp. C. $^{1}/_{3}$, mirans Pseudo-Plutarchi inconstantiam; tu vero illam valde laudabilem esse intelligas: auctor enim quem allegat Taylorus qui illud ut liquidum tradat, ipse certum non habuit; dicit Dionys. Halic. pag. 185. : *εἰ γὰρ ὀγδοηκονταετῆ γενόμενον θήσει τις, τελευτῆσαι Λυσίαν ἐπὶ Νικῶνος ἢ Ναυσινίκου ἄρχοντος.* calculus quidem recte subductus, si conditio posita vera est, quod inde non patere non est quod moneam. Itaque alios in hac re incerta Taylorum secutos esse nolim. Fratrem Brachyllum nulli Plutarcho et Athenaeo antiquiori memorari nihil probat. Quaerere velim ex Tayloro, nisi casu mentionem tradidisset Plato, unde alterum fuisse Lysiae Euthydemum sciret. Unum ei tantummodo fuisse Ptolemarchum, ex ipso oratore coniicias qui in oratione contra

Eratosthenem pag. 246. §. 16. Bkk. πέμπω εἰς ἄστυ πευσόμενον περὶ τοῦ ἀδελφοῦ; nulla enim de Polemarchi nomine praecedunt et ita loqui solent quibus alii desunt. Dionysii locus quem pag. 153. laudat: εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί, multo minus probat; ad eius enim sententiam dicendum erat: σὺν τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς. Quid si quis hoc argumento utens cum unus tantum notus sit vir clarus, alios ei fuisse fratres negaverit? Sed nunquam doctissimus Anglus talem nobis intulisset rationem, nisi opinione sua occupatus alterum et novum Lysiam procudere omnibus contendisset viribus. Ultimum denique quod σοφιστὴς dicitur orator minime offendit: Νέαιρα, inquit, ἑταῖρα ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα. Alii fortasse verba transponent, sed vox σοφιστὴς tanta est significationis varietate ut veteres ipsos vacillasse et scriptorem quemque alium aliud intellexisse credas; adde huius orationis auctorem haud pauca admodum mira, quaedam et perversa praestare. Primo tempore erat κοινὸν ὄνομα idem quod σοφός; Isocrati sunt eloquentiae magistri et praeceptores, postea ῥήτορες dicti;[71]) Xenophonti cuius sententiam vulgarem dixerim philosophi subtili rerum contemplatione subacti; Socrati quicunque sapientiam mercede venderent, unde malus exstitit sensus; Platoni ut notum morum et iuventutis corruptores; Aristoteli qui fallaces argumentationes quibus decipiant imperitos, constituunt. Discidio philosophiae et rhetorices facto, utrinque se et oratores et philosophi sophistarum nomine calumniantur ut Socratem Aeschines [72]) Lysiam vero ita appellari, eo minus mirandum cum et Siculorum sophistarum schola esset eruditus et ipse artem doceret oratoriam nec nisi senili aetate forum attigisset. Hunc alterum igitur Lysiam unde natus exiit, iterum ablegemus, id est ad Taylorum eius patrem nec unquam posthac nobis redeat.

Epistolae argumentum tam mirum cum non nisie erci

[71]) Conf. Coraes ad Isocr. tom. II. pag, 12. 13. 42. 160; item Thucydidi III. 38. quae vocis vis imperatorum aetate denuo valuit. Runkel ad Cratini fragm. pag. 7.

[72]) Vid. Aristides apud Taylorum pag. 153. conf. vox similis γραμματικός.

ationis ergo esset compositum, alteram quoque in qua contraria defendebatur sententia qui mos in his rebus fuisse videtur, subsecutam suspiciam, quod ut faciat, Plato eum admonet pag. 34:

> συμβουλεύω δὲ καὶ Λυσίᾳ ὅτι τάχιστα γράψαι ὡς χρὴ ἐραστῇ μᾶλλον ἢ μὴ ἐρῶντι ἐκ τῶν ὁμοίων χαρίζεσθαι;

et Phaedrus respondet:

> ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἕξει ταῦτ' οὕτος· σοῦ γὰρ εἰπόντος τὸν τοῦ ἐραστοῦ ἔπαινον πᾶσα ἀνάγκη Λυσίαν ὑπ' ἐμοῦ ἀναγκασθῆναι γράψαι αὖ περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου·

quae nisi res fuisset solemnis, eum non dixisse puto.

Ut Platonis respublica Aristophanis leporem qui eam illuderet excitaverat, ita Phaedrus et Convivium in quibus suam de amore sententiam explicuerat, Alexidis [73]) non effugit salem qui fabulam Phaedri nomine docuit cuius initium ut videtur Athenaeus servavit pag. 562. c: τούτων λεχθέντων ὁ Πλούταρχος ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐκ ΦΑΙΔΡΟΥ ἈΛΕΞΙΔΟΣ:

> Πορευμένῳ δ' ἐκ Παιραιῶς ὑπὸ τῶν κακῶν
> καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν ἐπῆλθέ μοι
> καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι
> τὸν Ἔρωτα συντομώτατόν τ' εἰπεῖν ὅσοι
> τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας.
> ἔστιν γὰρ οὔτε θῆλυς οὔτ' ἄρσην, πάλιν
> οὔτε θεὸς, οὔτ' ἄνθρωπος, οὔτ' ἀβέλτερος
> οὔτ' αὖθις ἔμφρων, ἀλλὰ συμπεπηγμένος
> πανταχόθεν, ἑνὶ τύπῳ δὲ πόλλ' εἴδη φέρων.

Dionysio Halicarn. pag. 196. narrationis leges in libris probatae ex Lysiae sumptae videntur orationibus: οἴομαι καὶ τὰς τέχνας τῶν λόγων ἐν οἷς εἴρηται περὶ διηγήσεως ἀξιολόγου οὐκ ἐξ ἄλλων τινων μᾶλλον ἢ τῶν ὑπὸ Λυσίου γραφεισῶν εἰληφέναι τὰ παραγγέλματά τε καὶ ἀφορμάς. Isocratem fortasse, Theophrastum, Aristotelem, Theodectem alios incertos quorum praecepta de prooemio pag. 201. tradi-

---

73) Hoc argumento uti possint qui Phaedrum non a iuvene Platone emissum censeant.

dit, in animo habuit. Cui si Lysiae *τέχνη ῥητορικὴ* innotuit, quidni potius ex huius ipsius legibus examinavit orationes? At ne mentionem quidem fecit artis quam reliquisse dicit Pseudo - Plutarchus [74]) et qui ex eodem quo ille describunt fonte, Suidas, Eudocia, nec qui Aristotele auctore multos per annos artem tractavit, scripta de ea composuisse improbabile. Licet tamen in hac re non satis certa paululum dubitare. Apparatum enim et cuiusque generis exercitationes conscripsisse legimus, quae cum ad artem maxime pertinerent, recentiores partem pro toto comprehendentes, nisi fallit haec mea opinio, eum *τέχνας* scripsisse *ῥητορικὰς* nude tradunt. Haec nomine *παρασκευῶν* in lucem emissa ab uno laudantur Marcellino in Hermogenem pag. 142., unde quales fuerint hi libri docemur:

> *σημειοτέον ὡς ἐξετάζοντες τὸν πλοῦτον καὶ τὰ ἄλλα δεῖ τὰς κατάσκευὰς αὐτῶν καθολικὰς εἶναι καὶ τρόπον τινὰ θετικάς· εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τόποι γεγυμνασμένοι ΤΩΙ ΛΥΣΙΑΙ ἘΝ ΤΑΙΣ ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΙΣ· λέγει γὰρ οἵους ἀπεργάζεται ἡ πενία καὶ οἵους τὸ πλουτεῖν καὶ ἡ νεότης καὶ τὸ γῆρας. τὰ δὲ ἐπιτηδεύματα ἐξεταζόμενα ἐν ταῖς βουλήσεσιν, οἷον φιλοσοφοῦντες οὐκ ἂν ἐληστεύσαμεν· ῥήτωρ ὢν οὐκ ἂν ἐμισθάρνησα κατὰ τῆς δημοκρατίας· τὰ δὲ ἀντικείμενα παρὰ τῶν κατηγόρων μεθοδεύεσθαι δεῖ ἐπιστημόνως·*

ad hos libros pertinere puto quae Theon sophista in progymn. pag. 8. Edit. princ. servavit:

> *πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν* [Aristotelis et Theophrasti] *βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα, ἤδη δέ τινα καὶ παρὰ ῥήτορσιν εἴρηται θετικὰ κεφάλια καὶ δὴ καὶ ὅλοι λόγοι νομίζοιντ' ἂν σχεδὸν εἶναι θέσεως ὡς ὅ τε περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐπιγραφόμενος ΛΥΣΙΟΥ καὶ ὁ περὶ τῆς ἀμβλώσεως· ἐν μὲν γὰρ τῷ θατέρῳ ζητεῖται εἰ τὰ δοθέντα ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένῃ βιαίως* [Victorii codex:

[74]) pag. 233. Hutt. *εἰσὶ δ' αὐτῷ καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι,*

βεβαίως] ἔχειν αὐτὴν δεῖ. ἐν θατέρῳ δὲ εἰ τὸ ἔτι ἐγκυόμενον ἄνθρωπός ἐστι καὶ εἰ ἀνεύθυνα τὰ τῶν ἀμβλώσεων ταῖς γυναιξί. Λυσίου μὲν οὔ φασιν εἶναι τούτους τοὺς λόγους, ὅμως δὲ οὐκ ἀχάριστον τοῖς νέοις γυμνασίας ἕνεκα καὶ τούτους ἐντυγχάνειν.

hanc alteram Lysiae orationem memorat auctor incertus in ineditis Prolegg. in Hermogenem Cod. Monac. VIII. fol. 138. a. loco digno quem integrum describamus:

ἔργα οὖν ῥητορείας τρία, νόησις, εὕρεσις, διάθεσις. νόησις μὲν εἰς τέτταρα διαιρεῖται γνῶναί τε τὸ πρόβλημα πολιτικὸν ἢ μή. τῶν γὰρ προβλημάτων τὰ μέν ἐστι πολιτικὰ, τὰ δὲ φιλόσοφα, τὰ δὲ ἰατρικὰ, τὰ δὲ μετὰ τούτων ἃ πολιτικὴν μὲν ἔχει τὴν ζήτησιν, ὕλην δὲ ἰατρικὴν ἢ φιλόσοφον. καὶ περὶ μὲν πολιτικῶν εὔδηλον τίνα φύσιν ἐπιδέχεται, τὰ δὲ ἰατρικὰ τοιαῦτά ἐστιν οἷον διὰ τί τὸ βρέφος ἓξ μὲν μηνῶν ὂν οὐ ζῇ, ἑπτὰ δὲ γεννώμενον ἢ ὀκτὼ ζῇ· φιλόσοφα δὲ εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος· τὰ δὲ μικτὰ οἷον ἐγκύμονά τις ἔτυψε κατὰ γαστρὸς καὶ κρίνεται φόνου. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν πλάσμα ἤγουν ἡ ζήτησις πολιτικὴ, ἡ δὲ ὕλη ἰατρική. ἐκ δὲ φιλοσοφίας μικτὰ οἷον ζωγράφῳ φιλόσοφος δοὺς χρήματα εἶπε τὸ κάλλιστον τῶν ζώων γράψαι· ὁ δὲ τὸν κύκνον ἐποίησε καὶ κρίνεται βλάβης. ἐνταῦθα ζητητέον εἰ ὁ κύκνος κάλλιστον ὅπερ ἴδιον φιλοσοφίας· ἡ μέντοι ζήτησις ἡ περὶ τῆς βλάβης πολιτική. ἐνταῦθα μέντοι δεῖ τὸν μελετῶντα τοῖς ἐπισταμένοις ἀνατιθέναι τὰς αἰτίας καὶ ὁ ΛΥΣΙΑΣ ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως κρίνων φόνου αἴτιον βιάζεται ζῶον [fort. ζῶν] τὸ βρέφος ἀποδεικνύναι καὶ πανταχοῦ φησὶν ὥσπερ οἱ ἰατροὶ καὶ αἱ μαῖαι ἀπεφοίκαντο. [fort. ἀπεφήναντο]... μετὰ δὲ τὸ νοῆσαι ἐστὶν εὑρεῖν. εὕρεσις δὲ εἰς δύο διαιρεῖται εἰς ἐνθύμημα καὶ παράδειγμα ὧν τὸ μὲν ἕτερον ἴδιον τοῦ ῥήτορος, τὸ δὲ παράδειγμα ἐκ τῶν παρ' ἑτέρων λαμβανομένων τὴν

πίστιν ἐργάζεται. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐνάλλαξ εὑρίσκεται ταῦτα, τῇ μὲν ὑποταττομένου [codex *ὑποτάττομεν*] *τοῦ παραδείγματος τῷ ἐνθυμήματι ὡς ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῶν* [pag. 11. v. 10.]. *μετὰ γὰρ τὸ δεῖξαι ὅτι λυσιτελεῖ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ τῶν Ὀλυνθιστρία* [sic codex; fort. *τῶν Ὀλυνθίων σωτηρία*] *φησιν· εἰ γὰρ ὅτ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες. ἀλλαχοῦ* [pag. 29. v. 22.] *μεταλλάξας εἶπεν ὅτι ἀπαγγέλθη Φίλιππος τρίτον ἔτος τουτὶ Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν καὶ ἐπενεγκὼν ὁ καιρὸς αὐτὸς αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπά. δεῖ δὲ μὴ μόνον εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑρμηνεῦσαι. ἑρμηνείας δὲ ἀρεταὶ τέσσαρα, σαφήνεια, συντομὴ, πιθανότης, ἑλληνικὴ λέξις.*

Alexandriae quidem grammaticos quibus veterum scripta plurima sine auctoris nomine emissa in lucem ex sola scribendi ratione qua suam quodque vindicarent auctori erant diiudicanda haud raro falsos esse non uno ostendit exemplo Dionysius. Sed posteriores criticos in his rebus exponendis cum quae solemni scriptoris cuiusdam elocutioni minus convenirent, supposititicia atque spuria dicerent, nimis severos fuisse reperimus, quod inprimis in Lysiae orationibus usu venisse puto; illas enim *θέσεων* exercitationes cum a reliquis forensibus et re et verbis multum distarent, Lysiae esse negarunt. Hunc quoque in censum venit *Νικίου ἀπολογία* quam spuriam dixit Dionysius tom. VII. pag. 189. Reisk., genuinam censuit Theophrastus; sed locum longiorem quidem, at lectu dignissimum adscribere iuvat:

Καὶ θαυμάζειν ἄξιον τί δήποτε παθὼν ὁ Θεόφραστος τῶν φορτικῶν καὶ περιέργων αὐτὸν οἴεται ζηλωτὴν γενέσθαι λόγων καὶ τὸ ποιητικὸν διώκειν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθινόν. ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα ἐσπουδακότων, καὶ δὴ καὶ τὸν ΛΥΣΙΑΝ ἐν τούτοις καταριθμεῖ καὶ τὸν ὑπὲρ Νικίου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων λόγον ὃν εἶπεν ἐπὶ Συρακουσίων αἰχ-

μάλωτος ὢν ὡς ὑπὸ τούτου γεγραμμένον τοῦ ῥήτορος παρατιθείς. κωλύσει δὲ οὐδὲν ἴσως τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου· ἔστι δὲ ἥδε:

Ἀντίθεσις δ' ἐστὶ τριττῶς ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ ἢ τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐναντία προςκατηγορηθῇ. τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες καθάπερ εἰ ποίημα. διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ. φαίνεται γὰρ ἀπρεπὲς σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι, τοῖς ὀνόμασι παίζειν καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν· ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατὴν οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν:

κλαίω τὸν ἀμάχητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. ἱκεταὶ μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀποφαίνοντες, ἀνακαλοῦντες συγγένειαν, εὐμένειαν.

ταῦτα γὰρ εἰ μὲν τῷ ὄντι Λυσίας ἔγραψε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ. εἰ δὲ ἑτέρου τινός ἐστι λόγος ὥσπερ ἐστὶν ὁ κατηγορῶν ἃ μὴ προςῆκε τοῦ ἀνδρὸς μεμπτότερος. ὅτι δὲ οὐκ ἔγραψε Λυσίας τὸν ὑπὲρ Νικίου λόγον οὐδ' ἔστιν οὔτε τῆς ψυχῆς οὔτε τῆς λέξεως ἐκείνης τὸ γράμμα, πολλοῖς πάνυ τεκμηρίοις ἀποδεῖξαι δυνάμενος οὐκ ἔχω καιρὸν ἐν τῷ παρόντι λέγειν, ἰδίαν δὲ περὶ τοῦ ῥήτορος πραγματείαν συντάττόμενος ἐν ᾗ τά τε ἄλλα δηλωθήσεταί μοι καὶ τίνες εἰσὶν αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι, τὴν ἀκρίβειαν ἐν ἐκείνοις καὶ περὶ τοῦδε ἀποδοῦναι πειράσομαι τοῦ λόγου.

quae quidem qualia sint illa testimonia ignoramus; at orationem neque verbis neque re Lysia indignam esse certo scimus et antequam forum attigisset optime ex eius manibus egredi potuit: eam enim qualemcunque non actam, sed fictam et

periculi faciendi causa esse compositam res ipsa docet [75]). Theophrasti auctoritas satis magna quae nos ut eum falsum esse dicamus prohibeat; Dionysius vero et alibi partes suas non optime egit ut et hanc rem fortasse nimio Lysiae amore minus recte consideraverit, et vetustiorum iudicia sine causa reiiecerit; quaedam iam supra occurrerunt. Ratio vero eloquendi et dictio rem sequitur tractandam, neque haec ex illa exiit; itaque alium vides Lysiam apud Platonem, alium in iudiciali genere, tertium et a praecedente tam diversum ut Isocratis potius agnoscas studium et diligentiam, quippe quae est ex epideictico genere, in oratione funebri, quam Lysiae re vera esse quicunque has res recte iudicare scit nec novandi quodam agitur furore, libenter fatebitur. Hic, quae modo ex Theophrasto laudavimus apparent, antitheses suaves et iucundae et universus talium figurarum mundus multo magis quam in reliquis omnibus frequentatur.

Ex iisdem libris sumpta videtur sententia quam legimus apud Gregorium Corinthium pag. 4. :

> *κἂν μὴ νομίσῃς ἡμᾶς ἐκ τοῦ ταῦτα λέγειν οἴεσθαί τι μέγα περὶ ἑαυτῶν· ἡ γὰρ γλῶττα κατὰ ΛΥΣΙΑΝ τὸν ῥήτορα νοῦν οὔτε πολὺν οὔτε μικρὸν ἔχει· ὁ δὲ νοῦς ᾧ μὲν πολὺ, πολὺς, ᾧ δὲ μικρὸν μικρός.*

quae vix in oratione quadam aptum invenerunt locum, ut sensit et Koenius, aptissimum vero in libris qui de eloquentia tractant. Inde fortasse etiam quae apud Quintilianum II. 16. pag. 191., rhetoricen non tam artem quam observationem esse quae a Lysia minus θεωρητικῷ quam πρακτικῷ non aliena putem, sed dubius Quintilianus: *hanc autem opinionem habuisse Lysias videtur.*

---

75) Est fortasse quod quis illi orationi opponat; legimus enim apud Quintilianum II. 4. pag. 147. fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phalerea institutum fere constare. conf. Manso pag. 35; at hoc nihili est argumenti; quis enim credat Theophrastum qui ipse illa Demetrii aetate vixerat, hoc fugisse, et hoc vult Quintilianus, libertate amissa Athenienses eam in scholis orationibus fictis conscribendis imitatos esse, non vero priores talia unquam composuisse negat.

Pauca addam de Socratis apologia. Lysiae orationem ab ipso Socrate fuisse improbatam tradunt; haec est quam nostrum scripsisse putant. Ego si haec fabula vera est, oratorem alteram quoque dedisse apologiam contra Polycratis accusationem demonstrabo. Scripsit hic sophista *Σωκράτους ἀπολογίαν*, ingenii periculum, ut vidit Phavorinus et nostra aetate etiam ex Isocrate docuit Bentleius, multo post Socratis mortem confectum. Iam si Lysias contra Polycratem scripsit orationem, hanc ab illa priori quae dicitur, diversam fuisse necessario sequitur. Et ita est; nam in scholiis ad Aristidis Panath. cod. Monac. CXXIII. fol. 21. haec leguntur [76]:

> *καὶ ἀγάλματα: διὰ τὸ παλλάδιόν φησι τὸ ἀπὸ Τροίας. ὁ γὰρ Δημόφιλος περὶ Διομήδην ἁρπάσας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς ΛΥΣΙΑΣ ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ· λέγει δὲ ἂν [αὖ] καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν παλλαδίων τοῦτο* [i. e. *τοῦ τε*] *καταλυόμενον* [*καλουμένου*?] *τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ αὐτοφυῶν καλουμένων, ὡς ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ καὶ ἈΝΤΙΟΧΟΣ ἱστοροῦσι καὶ τῶν κατενηνεγμένων μὲν τῇ τῶν γιγάντων μάχῃ ὡς ἐν ἀγράφοις ὁ ΦΥΛΑΡΧΟΣ φησί· παλλάδιον δὲ ἐκάλουν κάθα λέγει Φερεκύδης τὰ βαλλόμενα εἰς γῆν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀγάλματα· πάλλειν γάρ φησι τὸ βάλλειν ἔλεγον κ. τ. λ.*

inde Lysiam de diis quos Socrates non veritus esse dicebatur, locutum coniicias. Nulla est ratio qua verba *πρὸς Πολυκράτην* ab aliis addita censeamus ne duae fuerint orationes. Lysias non infimus Socratis amicus, amore fortasse perculsus admodum senex sophistae orationem refellere conatus est. Quae si ita sunt, veterum solvitur quaestio [77], cur Isocrates

---

76) Quaedam verba dedit iam Valesius ad Harpocrat. pag. 71. et inde Taylorus fragm. pag. 42. Reisk. Fuit autem ille Demophon.

77) Auctor hypotheseos in Isocrat. Busiridem. *ἐζήτησαν δέ τινες διὰ ποίαν αἰτίαν μὴ φανερῶς τὸν κατ' αὐτοῦ λόγον εἰςῆλθεν εἴγε φείδεται τοῦ διδασκάλου: καὶ λέγομεν ἵνα μὴ ὀργισθῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρτίως Σωκράτους καταψηφισάμενοι .... εἰ δέ τις ζητήσει τὴν αἰτίαν διὰ τί μὴ καὶ τὸν ἄλλον λόγον εἶπεν εἰς τὸν Σωκράτην,*

quod maiore exspectes iure non Socratis accusationem, sed Busiridem quibus duabus maxime gloriabatur Polycrates ad examinandam elegerit. Occupavit nempe Lysias quamvis ille quod non opus erat nihil de hoc nos certiores fecerit.

Fragmenti argumentum nondum notatum legitur apud Longinum [vulgo Apsinem] pag. 725. Ald. quod hic exhibeamus:

> κινήσει δὲ ἔλεον κἂν ὑποδεικνύωμεν τὸ πάθος τὸ συμβεβηκὸς περί τινας τῶν οἰκείων τοῦ κρινομένου ἢ τοῦ τεθνεῶτος. ʽΥΠΕΡΕΙΔΗΣ ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου ἐπέξεισι· λέγει γάρ που τὰ συμβεβηκότα τῇ τοῦ Ὀνείδου μητρὶ καὶ ὁ ΛΥΣΙΑΣ ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀχιλλείδου τὸ πάθος τὸ τῆς ἀδελφῆς συμβὰν αὐτοῦ· λέγει γὰρ ὡς ἀκρατὴς λύπης γεννηθεῖσα αὐτὴν ἀπέκτεινε. κεκίνηκε τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ ἈΙΣΧΙΝΗΣ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἀπὸ τοῦ πατρὸς κ. τ. λ.

Socratem Plato haec verba in Gorgia loquentem inducit pag. 32.:

> ἐγὼ τοίνυν σου τότε ταῦτα λέγοντος ὑπέλαβον ὡς οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γε ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται· ἐπειδὴ δὲ ὀλίγον ὕστερον ἔλεγες ὅτι ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ κἂν ἀδίκως χρῷτο, οὕτω θαυμάσας καὶ ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους.

Idem dictum acute in Socraticos iecit Lysias Fragg. pag. 4. Reisk.:

> πεισθεὶς δ' ὑπ' αὐτοῦ τοιαῦτα λέγοντος καὶ ἅμα οἰόμενος τοῦτον Αἰσχύνην Σωκράτους γεγονέναι μαθητὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς πολλοὺς καὶ σεμνοὺς λέγοντα λόγους οὐκ ἄν ποτε ἐπιχειρῆσαι οὐδὲ τολμῆσαι ἅπερ οἱ πονηρότατοι καὶ ἀδικώτατοι ἄνθρωποι ἐπιχειροῦσι πράττειν.

Platonem qui Lysiam ad temporum rationes sequitur

λέγομεν ὡς ἤδη περὶ τούτου προειρήκαμεν ἵνα ὀργισθῶσιν αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι ἔναγχος καταψηφισάμενοι.

eumque persequitur paucis hic subiungamus. Cuius quae fuerit de illa suae aetatis eloquentia, scripta non latenter exprimunt; toti enim rhetorice ingens infert bellum eamque debellare conatur. Nam cum a summo et ultimo, philosophia, unde omnia emanent, initium faciat ut suum quodque occupet locum, vulgarem illam rhetoricen ad usum modo et vitam accomodatam, sophistarum vestem qua suas involverent sententias, principem in Platonis dispositione rerum non tenuisse locum facile exspectes. Iam cum popularem statum prorsus ex sua removeat civitate, fons quoque unde tota exfluit oratio forensis, sublatus nec quidquam memoratu dignum restat. Quod si quis eum nimis in eloquentiam invectum esse censet Platonem, si constans sibi esse vellet, ita facere debuisse notandum; itaque ne poesin quidem admittit nec multo minore in hanc quam in illam agitur simultate. Frequens sophistarum mos qui acuta et verisimilia undecunque captarint paulatimque ab ipsa haud inscii discederent et aberrarent veritate [78]), ei probari non potuit; hoc unum est quod Platoni convenit cum Isocrate et ideo fortasse magnam de eo habuit spem laudavitque; at quod Plato veritatis gratia improbavit, ille utilitatis causa sequendum non esse dixit. Inde a philosophia vel theoretica ratione exordium esse sumendum et descendendum ad illa quae rhetores vulgo tractant. Quid enim verum, quid falsum inprimis advertendum; quod ut fiat res ipsa consideranda penitusque haurienda. Talia philosophus facilius perscrutetur, quibus externa si accedit exercitatio, adest iam vera ars oratoria. Quae omnia leviter attigisse modo satis habuit Plato; artificiose explicuit Aristoteles et dimidia plus pars in enotandis argumentis [πίστεις]; minima vero in elocutione et dispositione quam utramque partem rhetores sibi inprimis vindicarant, versatur.

Contra ea quae in Platonis Gorgia adversus rhetores dispu-

---

[78]) Plat. Gorgias pag. 28. : οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική, αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει, μηχάνην δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων. conf. Theaet. pag. 301. seqq.

tantur, auctor Prolegg. in Hermogenem plura scitu non indigna monet, qui dialogi argumento, quem plures pag. 9. ne recte quidem intellexisse monet quod idem et Quintilianus II. 16. pag. 182. queritur, accurate exposito quod ut satis notum omittimus ita pergit pag. 10. :

ἀλλ᾽ οὗτος ὁ ὅρος φιλονείκως μᾶλλον ἢ ἀληθῶς ἔχει· ἓν γάρ τι τῆς ῥητορικῆς εἶδος τὸ δικανικὸν παραλαβὼν ἐκ τούτου τὸν ὅρον ποιεῖται· οἱ δὲ ὅροι ἐκ τελείων πραγμάτων συνίστανται· ἀλλ᾽ ὁ φιλόσοφος ἐκ τοῦ δικανικοῦ μόνον τὴν ὅλην ὡρίσατο ῥητορικὴν παραπλήσιον ποιῶν ὥσπερ ἂν εἰ καὶ φιλοσοφίαν τὶς διαβαλεῖν βουλόμενος σιωπήσειε μὲν αὐτῆς τὰ χρησιμώτατα, μόνους δὲ τοὺς παραλογισμοὺς ὅρον εἶναι τῆς φιλοσοφίας εἴποι. Ἀπολογούμενοι δὲ φαμὲν πρὸς Πλάτωνα: μίαν ὦ Πλάτων λέγεις τὴν ῥητορικὴν ἢ πολλάς, καὶ εἰ μὲν μίαν, τοῖς οἰκείοις ἁλώσει δικτύοις· ἐν γὰρ τῷ Γοργίᾳ πολλὴν καταδρομὴν ποιούμενος τῆς ῥητορικῆς ἐν τῷ αὐτῷ πάλιν ἔφης: ὃν τρόπον ἐστὶν ἰατρικὴ περὶ σώματα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶν ἡ δικαστικὴ περὶ ψυχάς, καὶ ἐν τῷ Φαίδωνι[79]) πάλιν ἔφης ὅτι ὃν τρόπον ἡ ἰατρικὴ περὶ σώματα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστιν ἡ ῥητορικὴ περὶ ψυχήν, σύνδρομον αὐτῇ φήσας τῇ δικαστικῇ· ἐν ἑτέροις δὲ συγγράμμασιν ἔφης ὅτι ὁ τὸν αὐτὸν ἐπαινῶν καὶ τὸν αὐτὸν ψέγων οὐκ ἀνὴρ ἀγαθός, καὶ οὐδὲν ἕτερον εὑρίσκῃ ποιῶν ἢ σαύτου καταψηφιζόμενος· εἰ δὲ πολλὰς λέγεις ῥητορικάς, καὶ ἡμεῖς συναιροῦμέν σοι εἰς τοῦτο· ἔστι γὰρ ἡ ἀληθὴς ῥητορικὴ ἥτις καὶ ἐπιστήμη ἐστίν, ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ῥητορικὴ ψευδολογικὴ ἥ τις ἐν δικαστηρίοις συκοφαντικὴ λέγεται, ἐν δὲ βουλευτηρίοις κολακεία· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τούτων μέση ἥτις καὶ ἀληθείᾳ κέχρηται καὶ ψεύδει· ψεύδει δὲ λέγω ἐπὶ τῷ συμφέροντι· καὶ διὰ τί ὅλως χρεία γέγονε τῆς μέσης καὶ μὴ τῇ πρώτῃ καὶ ἀληθινῇ

79) Imo Φαίδρῳ: vid. pag. 87. Bkk.

ἀληθινῇ πάντες ἐχρήσαντο, [καὶ] πολλὰς ἐπιδέδωκε λύσεις ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ μίαν μὲν ὅτι οὐ κακὸν ἀεὶ τὸ ψεύδεσθαι· πρὸς γὰρ τὴν γνώμην τῶν χρωμένων ἢ διαβάλλεται ἢ ἐπαινεῖται τὸ ψεῦδος· εἰ μὲν γὰρ ἀεί τις χρῷτο τῷ ψεύδει, αὐτός τέ ἐστι κακὸς καὶ τὸ ψεῦδος ᾧ κέχρηται· εἰ δὲ ἐπὶ συμφέροντι καὶ διὰ τὸ βοηθῆσαι τῇ ἀληθείᾳ, οὐκ ἀποδοκιμαστέον ἐνταῦθα τὸ ψεῦδος· πρὸς δὲ τούτῳ δεῖ τὰ δύο εἰδέναι τὸν ῥήτορα τό τε ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ὥσπερ τὸν ἰατρὸν, καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀνάγκη εἰδέναι τά τε ὑγιεινὰ τῶν φαρμάκων καὶ τὰ νοσερὰ ἵνα τοῖς μὲν χρήσηται, τὰ δὲ ὡς βλάπτοντα φεύγῃ, καὶ τὸν ῥήτορα τοίνυν ἀνάγκη εἰδέναι μὲν τὰ ψευδῆ, εἰδέναι δὲ καὶ τὰ ἀληθῆ, ἵνα τὰ μὲν ἑκὼν παραλίπῃ, τὰ δὲ λέγῃ· καὶ ἄλλη δέ τις ἐστὶν αἰτία τοῦ εἰδέναι τὴν οὐκ ἀληθῆ ῥητορικήν· ἐπειδή τινες χρῶνται αὐτῇ ἢ κατὰ ἄνοιαν ἢ πειράζοντες, χρὴ καὶ ταύτην εἰδέναι τὸν ῥήτορα καὶ δύνασθαι ἀμφότερα ἐπιχειρεῖν, ἵνα τῶν ψευδομένων αἰσθάνηται· ἔτι δὲ εἰ μὲν πάντες οἱ ἀκροώμενοι ἐδύναντο παρακολουθεῖν τοῖς ἐκ τῆς ἀληθευτικῆς λεγομένοις, οὐκ ἂν ἔδει τοῦ ψευδοῦς τοῖς ῥήτορσιν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς δῆμον οἱ λόγοι λέγονται καὶ δικαστὰς ἀπαιδεύτους, ὀλίγοι δὲ τούτων εἰσὶν οἱ δυνάμενοι συνιέναι τὰ τῆς ἀληθευτικῆς, διὰ τοῦτο ταύτης ἐδέησε τῆς σοφιζομένης ῥητορικῆς, ἵνα ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις χρωμένη πείθῃ τὸν δῆμον· ὅτι δέ ἐστι ψεῦδος ἐπὶ συμφέροντι, δηλοῖ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν ἑτέροις αὐτοῦ συγγράμμασι λέγων [80]) ὑποθώμεθά τινα νήφοντα πάνυ τῷ πλησιοχώρῳ

80) Vid. Respublica pag. 11. 21. 104. 112. 159. 234. Prioribus similia leguntur in Codice Monac. VIII. fol. 132:

καὶ ἐζήτησεν Ἀριστοτέλης διὰ τί ἐδέησε μέσην εἶναι ῥητορικὴν καὶ φησὶν ὅτι τὸν δῆμον καὶ τοὺς δικαστὰς ἐξ ἰδιωτῶν συγκειμένους οὐ δυνατὸν τῇ πρώτῃ [scil. τῇ ἀνωτάτῃ καὶ συνδρόμῳ τῇ φιλοσοφίᾳ] παρακολουθεῖν καὶ ἐπιστήμονος τὰ λεγόμενα δέξασθαι ὅθεν ἀνάγκη γέγονε τὴν μέσην γενέσθαι.

αὐτοῦ ἐν παρακαταθήκῃ σπάθην δόντα, εἶτα τοῦτον μανέντα ἀναζητεῖν ἐξ αὐτοῦ τὴν σπάθην, εἶτα ἐκεῖνον ἀρνεῖσθαι μηδὲν εἰληφέναι διὰ τὸ μηδὲν κακὸν πραχθῆναι εἰς τὸν μανέντα, ἄρα ἐστι ψεῦδος ἐπὶ συμφέροντι, ὥστε οἱ τοῦ Πλάτωνος λόγοι οἱ κατὰ τῆς ῥητορικῆς οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν ῥητορικὴν ἁρμόζουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν συκοφαντικὴν, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ῥητόρων Δημοσθένης πολλάκις κατὰ κολάκων λέγων καὶ ἐπιπλήττων τοῖς ἀκροαταῖς, ὅπερ ἐστι κόλακος.

Scripsit Plato orationem quoque qua oratores sui temporis non modo imitari, sed illudere etiam studet [81]); plurima tamen cum quos et quae inprimis loca in mente habeat ignoremus nobis frigida, quaedam vel inepta videntur. Et verba quae exstant pag. 380:

ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου ὅμως κἂν οὗτος οἷος τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.

ad Thucydidem pertinere Ruhnkenius etiam de Antiphonte pag. 801. monuit. Quod ne nobis sit dubium, auctor ipse paulo post Periclis epitaphium memorat. Quaeritur ergo an occurrant quae et Thucydidis verba et sententias impugnent, cuius orationes ad sophistarum morem eximie lucubratas quarum altera rem impugnat, altera defendit, Platonis nunquam tulisse assensum mihi persuasum habeo. Et haud scio an quae Pericles II. 37. pronuntiat:

χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τινὶ ἢ μιμούμενοι ἑτέρους· καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν δημοκρατία κέκληται· μέτεστι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται, οὐδ' αὖ κατὰ

81) Vid. Socher de Platonis scriptis pag. 327. seqq.

> *πενίαν, ἔχων δέ τι δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται.*

Plato respiciat haec dicens pag. 385:

> *ἡ γὰρ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν, ἀριστοκρατία, ἐν ᾗ νῦν τε πολιτευόμεθα καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἐξ ἐκείνου ὡς τὰ πολλά· καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ δὲ ἄλλο ᾧ ἂν χαίρῃ· ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατία.*

Irridet enim et his et quae sequuntur, quam Pericles verbo quidem dixit democratiam, re autem aristocratiam; et cum Athenienses ante Athenienses collaudare non esse difficile exemplo suo studere vult, quaecunque his feliciter gesta aggregatur et auget eorum infortunia ut par erat tacite transiens, qua in re priorem partem magno antitheseon numero scatere advertendum quae postquam rerum narrationem aggressus est, rarius iam apparent, ut v. c. pag. 392. *τοὺς ἀδίκως φεύγοντας δικαίως κατήγαγον·* conf. pag. 404. Alia grandiloqua Agathonis orationem in mentem revocant et inprimis haec verba pag. 399. :

> *καὶ τὰ μὲν δὴ ἔργα ταῦτα τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐνθάδε κειμένων καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὑπὲρ τῆς πόλεως τετελευτήκασι, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ' ἔτι πλείω καὶ καλλίω τὰ ὑπολειπόμενα· πολλαὶ γὰρ ἂν ἡμέραι καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ τὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν.*

Sed frustra in his omnibus Thucydidem, Lysiam, Isocratem conferentes haeremus. In animo enim habet auctor orationem nobis deperditam sive Alcidamantis, sive Archini sive alius nescio cuius, quae si exstaret, et dicendi et exponendi ratio clarior esset omnisque evanesceret difficultas [82]).

---

[82]) Quod nuper Adolph. Lange in Vindiciis Tragoediae Romanae pag. 52. seq. protulit, non multum valet. Dicit Plato pag. 387. de bellis persicis loquens: *ὧν δὲ οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβὼν ἔχει, ἔτι τ' ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ, τούτων πέρι μοι δοκεῖ χρῆναι μνησθῆναι ἐπαινοῦντά τε καὶ προμνώμενον ἄλλοις, ἐς ᾠδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν αὐτὰ θεῖναι πρεπόντως τῶν πραξάντων.* In his ante omnia attendendum illud *δόξαν ἀξίαν ἐπ'*

Alios duos artium scriptores notavit Aristoteles qui gravissimos locos orationi aptos [*τόπους*] enumerans simul qui eos elaborarunt auctorum tradens nomina. Sic supra Coracem iam vidimus, sic pag. 147:

> *Ἄλλος* [*τόπος*] *ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει ὥσθ' ἕπεσθαί τι αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦντος προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν καὶ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι καὶ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν, οἷον τῇ παιδεύσει τὸ φθονεῖσθαι ἀκολουθεῖ κακόν· τὸ δὲ σοφὸν εἶναι ἀγαθόν· οὐ τοίνυν δεῖ παιδεύεσθαι· φθονεῖσθαι γὰρ οὐ δεῖ· δεῖ μὲν οὖν παιδεύεσθαι· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ. Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ ΚΑΛΛΙΠΠΟΥ τέχνη προσλαβοῦσα καὶ τὸ δυνατὸν καὶ τἆλλα ὡς εἴρηται.*

et iterum pag. 149.:

> *Ἄλλος κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ τοῖς συμβουλεύουσι σκοπεῖν τὰ προτρέποντα καὶ ἀποτρέποντα καὶ ὧν ἕνεκα καὶ πράττουσι καὶ φεύγουσι· ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ ἐὰν μὲν ὑπάρχῃ δεῖ πράττειν, οἷον εἰ δυνατὸν καὶ ῥάδιον καὶ ὠφέλιμον ἢ* [id est *ἢ*] *αὐτῷ ἢ φίλοις, ἢ βλαβερὸν ἐχθροῖς καὶ ἐπιζήμιον, ἢ ἐλάττων ἡ ζημία τοῦ πράγματος. καὶ προτρέπονται ἐκ τούτων καὶ ἀποτρέπονται ἐκ τῶν ἐναντίων· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ κατηγοροῦσι καὶ ἀπολογοῦνται, ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων ἀπολογοῦνται, ἐκ δὲ τῶν προτρεπόντων κατηγο-*

ἀξίοις et postea *πρεπόντως*. Nam ne dicam Platonem de poetis minus honorifice sensisse, simile occurrit in symposio pag. 378. neminem unquam poetarum amorem laudasse, et tamen paulo post Agathon pag. 414. haud obscure Sophoclis locum ex Antigona tragicus tragicum adumbravit. Et in Republica pag. 74. *αὐτὸ δ' ἑκάτερον τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἐν τῇ τοῦ ἔχοντος ψυχῇ ἐνὸν καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει οὐδ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ ὡς τὸ μὲν μέγιστον κακῶν ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὑτῇ, δικαιοσύνη δὲ μέγιστον ἀγαθόν.*

ρουσιν. Ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος ὅλη τέχνη ἥ τε ΠΑΜΦΙΛΟΥ[83]) *καὶ ἡ ΚΑΛΛΙΠΠΟΥ.*

Isocratis studia vitaeque rationem si consideramus, necessarium aliquid quo ars oratoria haud parum proficeret mira re adductum inveniemus. Qui cum non modo Gorgiae more genus solum epideicticum tractaret, sed et lingua et lateribus impeditus nunquam publice declamans illo multo magis arctaretur, orationes suas ut legerentur, non ut audirentur omnes fere composuit [84]); quo factum ut elocutioni quam Graeci dicunt *ἑρμηνείαν* vel potius *λέξιν*, quamque primus recta via ingressus est Thrasymachus, maximam daret operam tantaque in ea arte et diligentia ut omnibus praeriperet palmam elaboraret. Aliorum enim dictio etiamsi magna cum cura exqui-

83) Pamphilus rhetor laudatur etiam Ciceroni de Oratore III. 21. et Quintiliano III. 6. pag. 246. ubi vid. Burm. Quis sit ille Ciceronis an idem cum nostro et ego ignoro nec ipsi cognitum fuisse videtur. Quem vero apud Quintilianum legimus nostro multo inferiorem esse inde intelligis quod duos fecisse status, inficialem et iuridicialem, cum aliis, qualitate in plura divisa, dicitur. At tota de statibus quaestio inde ab Hermagora demum [vid. Quint. III. 6. pag. 236.] accuratius excussa est; ante Naucratem Isocratis discipulum vel *στάσεως* nomen in hac re inauditum fertur. Erat itaque ille Pamphilus non ante Hermagorae tempora. Sunt fortasse quibus illa Pamphili et Callippi nihil nisi orationes fuisse videantur, unde cum alius verum, alius verisimile, alius iustum, alius utile premere solebat in dicendo, finis quem orator maxime sectabatur sumptus est, quod oratoris studium merito *τέχνη* appellari possit; itaque Thucydidis *τέχνην* fere omnem optimo dixeris iure constare ex iusto et utili quod eius arripiunt orationes probe rhetoribus notatum unde factum ut hic illic in nostris scholiis appareant vestigia v. c. I. 32. *ἡ τοῦ Κερκυραίου δημηγορία μᾶλλον τὸ συμφέρον προβάλλεται ἢ τὸ δίκαιον, ἡ δὲ τοῦ Κορινθίου μᾶλλον τὸ δίκαιον ἤπερ τὸ συμφέρον.* conf. ad I. 73. II. 11. III. 9. 37. aliaque. Certe quae apud Aristotelem I. 12. pag. 66. de Callippo dicuntur, non de praeceptis *ἐν τέχνῃ* traditis, sed utique de oratione intelligenda sunt.

84) Vid. Isocrat. pag. 96. et epistol. pag. 482. Bkk., Aristot. Rhet. III. 1. pag. 163, et Dionysius Isocrat. pag. 539. : *ἀναγνώσεως μᾶλλον οἰκειότερός ἐστιν ἢ ῥήσεως κ. τ. λ.*

sita, minus tamen elucet ita ut vulgarem magis loquendi consuetudinem secutos esse credas; in Isocratis periodis latatis et rotundis quae tam suaviter in lectorum aures sese stillant, stupidus qui non ubique laborem et ut ita dicam *τὰς δευτέρας* facile agnoscat *φροντίδας* [85]). Hic summum elocutionis et inprimis qui magnam eius partem efficiunt, numerorum exemplar, et si ante vel purum Atticorum sermonem multis desiderasti locis, nunc veram rhetoris manum ubique fere indagare valemus, Bekkeri codicibus, [cod. Urbin. *Γ.*] adiuti qui ut multum distant a vulgatis libris, ita soli genuinam praestant lectionem paucis quae emendatione et margine huc illuc textui illata videntur, exceptis [86]). Auctor suum in exprimendis et collocandis enthymematis studium haud raro fatetur quae numerorum et dictionis lucerna ad quam suas lucubravit orationes, tanta est ut sententiae ipsae interdum his serviant. Non mirum itaque et philosophos ut Aristotelem et Longinum, et qui vulgari magis addicti essent consuetudini ut Dionysium, haud pauca quae vituperarent reperisse.

Quas sub vitae finem scripsit orationes, minus iuveniles, id est non tanta cum cura confectas putant cuius rationem Dionysius affert pag. 564:

> *οἱ μέντοι γε ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου γραφέντες λόγοι ἧττόν εἰσι μειρακιώδεις ὡς ἂν οἶμαι τελείαν ἀπειληφότες τὴν φρόνησιν παρὰ τοῦ χρόνου.*

Victorius, Vossius quos secutus est Reiskius, Dionysium

85) Photius pag. 487. Bkk. de Isocrate: *εἴ τις ἐπιμελῶς καὶ καθ᾽ ἕκαστον μέρος ἐπισκέψοιτο εὑρήσει συντελεσθῆναι πολλοῦ δεόμενα χρόνου, διὸ καὶ πολλοῖς πολλὰς παρέσχε τῶν κριτικῶν διατριβὰς μὲν καθ᾽ ἑαυτούς, διαφωνίας δὲ πρὸς ἀλλήλους, τῶν μὲν ἐμβαθυνομένων τῇ μελετῇ καὶ διασκέψει τοῦ λόγου, τῶν δὲ κατὰ τὸ ἐπιπόλαιον τὴν ἀνάγνωσιν ποιουμένων· ἔστι δ᾽ εἰπεῖν καὶ διότι τοῖς μὲν ἔνεστι φύσις εὖ ἔχουσα πρὸς τὰς κρίσεις, τοὺς δὲ ὁ ἐλαττούμενος ἐπιγινώσκει λόγος.*

86) Obstupui qui in Areopag. § 48: *θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτῳ πρωτεύοντας* Valkenarii coniecturam *ζηλοῦντες* codice *Γ.* confirmatam aspexi; credas *θαυμάζοντες* esse glossema verbi *ζηλοῦντες*, ut Phil. 11. *μιμεῖσθαι καὶ θαυμάζειν*, in Nicocl. 38. *ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι*; sed vid. de big. 32. 40. Archid. 95.

errasse censent; non enim iudicio, sed praeteriti ornatus desperatione fecisse idque ipsum tradere in Philippo [iam Ciceroni laudato Oratore cap. 52.]. Sane Isocrates ibi §. 27. pag. 96. haec dicit:

οὐδὲ γὰρ ταῖς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμήκαμεν αὐτὸν αἷς αὐτός τε νεώτερος ὢν ἐχρώμην καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπέδειξα δι᾽ ὧν τοὺς λόγους ἡδίους ἂν ἅμα καὶ πιστοτέρους ποιοῖεν, ὧν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλ᾽ ἀποχρή μοι τοσοῦτον ἢν αὐτὰς τὰς πράξεις ἁπλῶς δυνηθῶ διελθεῖν.

At ne credas haec verba Dionysium latuisse qui quamvis *ὡς ἂν οἶμαι* dicit ex ipso Isocrate sententiam suam mutuatus est, nec orator sibi contradicit, si recte hunc intellexeris locum. Est enim ultima haec paulo ante eius obitum composita oratio ad Philippum virum tunc potentissimum cuius gratiam inire et benevolentiam captare quam maxime studet, quo fit ut elocutionis quoque faciat mentionem et si forte minus Philippo placeat iam caveat idque non studio minori, sed aetati esse tribuendum dicat. Aliud flagitare genus laudationum, aliud pragmaticum ipse perspexit senique aetate iam longe provecto iuveniles illas rhetoricas venari figuras minus quam res decere his tradit verbis Panath. initio:

ἡγοῦμαι γὰρ ἁρμόττειν οὔτε τοῖς ἔτεσι ἐνενήκοντα καὶ τέτταρσιν ἁγὼ τυγχάνω γεγόνως οὔθ᾽ ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν, ἀλλ᾽ ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσειαν εἰ βουληθεῖεν, οὐδεὶς δ᾽ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων καὶ σφοδρὰ προσεχόντων τὸν νοῦν.

Eadem fere duos annos post in oratione de permutatione §. 9. seqq. pag. 349. ubi plura de hac re, quae non desperatione quadam prioris ornatus, sed suo factum esse iudicio et iure dilucide ostendunt.

Ex his igitur locis oratoris sua sumpsit Dionysius, sed videndum ne bonus Isocrates talia de se ipso praefatus egregie posteritati imposuerit. Equidem haec omnia honoris, id est dicis causa pronunciata puto; idem qui aliis, inest ornatus

Panathenaico, Antidosi, caeteris. Praestat quidem omnibus quae nunc superstites sunt [87]) Panegyricus; at tantum quantum huic, si cuique impendisset temporis orationi, vix tertia nobis in manibus esset scriptorum pars, nisi denuo vitam centum annorum agere licebat.

Huic numerorum curae Isocratem inscium saepe versus orationi inculcasse tribuendum. Ridicula sane sunt quae Cicero nos docet in Orator. cap. 56.:

> *Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus, vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum. Elegit ex multis ISOCRATIS libris triginta fortasse versus HIERONYMUS peripateticus in primis nobilis plerosque senarios, sed etiam anapaesta, quo quid potest esse turpius etsi in eligendo fecit malitiose. Prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiae, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentem. Ita factus est anapaestus is qui Aristophaneus nominatur. Quod ne accidat observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco quo reprehendit, ut a me animadversum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium.*

multos latere iambos apud Isocratem notat et Scholiasta ad Hermogenem pag. 378. et 386, et in Codice Monacensi VIII. fol. 48: conf. Taylor ad Demosth. pag. 1345, 6.

> *λανθάνει δέ πως τὴν ἀκοὴν ἐμπίπτων μέσον τοῦ πέζου στίχος ὡς καὶ παρὰ Δημοσθένει εὑρίσκεται καὶ παρ᾽ Αἰσχίνῃ καὶ λοιποῖς ῥήτορσιν.*

Sed illa neque Ciceronem neque Hieronymum [88]) Isocratis

---

87) Antiquis inprimis laudatus est: Ἀμάρτυρος v. c. Philostrato qui dicit: *ἰσχὺν ἐπιδείκνυται κεκολασμένην εἰς ῥυθμοὺς, νόημα γὰρ ἐκ νοήματος ἐς περιόδους ἰσοκώλους τελευτᾷ.* Erant autem hae res usu et labore assiduo tam propriae et frequentatae, ut ne senex quidem etiam si vellet deponere posset.

88) Illud Isocrati Hieronymus, ut A. Boeckhius me monuit ideo vitio vertisse videtur quod in arte sua, de qua, vide infra, haec dixit: *ὅλος δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος ἔστω· ξηρὸν γάρ· μηδὲ ἔμμετρος, καταφανὲς γὰρ ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ.*

legentes orationes accurate attendisse caecosque fuisse talpas ostendunt. Nam si quis quot perscrutabor versus tot mihi aureos dat nummos, divitem me exclamabo et sexcentos senarios, non quod ita vulgo dicunt, sed revera sexcentos alienus ab illa Hieronymi malitia ex illis quae adhuc supersunt auctoris scriptis expiscabor, ut incipit v. c. Panathenaicus:

νεώτερος μὲν ὢν προῃρούμην γράφειν·

an tragico indignus versus περὶ εἰρήνης §. 132.

τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γένοιτ' ἂν τῶν κακῶν.

Panegyrici §. 43.

καὶ τί δεῖ
λέγειν τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους;
ἀλλ' εἴ τις ἀθρήσειε καὶ σκέψαιτο τὰς
τῶν Ἑλλήνων συμφορὰς
οὐδὲν ἂν μέρος
οὖσαι φανεῖν τῶν διὰ Θηβαίους . .

et ibidem

πόλεις, βοηθήσαντες ἡμεῖς ἐμποδὼν

et §. 163.

ἐὰν μὲν ὁ βάρβαρος
ἐῤῥωμενεστέρως κατάσχῃ τὰς πόλεις.

in oratione πρὸς Εὐθύνουν §. 14. 15. 18.

τριάκοντα μνᾶς ἐπράξατ' οὐ χρέος ἐγκαλῶν
ἀποστερεῖν οἷός τ' ἂν ἦν δίκην λαβεῖν.
. . . ὥστε τοῦ λοιποῦ χρόνου
τὰ μὲν ἀποδώσουσι, τὰ δ' ἀπολείψονται . .

περὶ εἰρήνης §. 11.

χωρὶς δὲ τούτων πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς
δυνηθεῖεν ἢ κρῖναι περὶ τῶν γεγενημένων ἢ βουλεύσα-
σθαι περὶ τῶν μελλόντων εἰ μὴ
τοὺς μὲν λόγους τοὺς τῶν ἐναντιουμένων
παρ' ἀλλήλους ἐξετάζοιεν.

in Archidamo §. 22. 43. 48. 60. 79.

Μεσσήνιοι δ' εἰς τοῦτ' ἀσεβείας ἦλθον ὥστ' —
ἀλλ' εὐθὺς εἵλοντο περιϊδεῖν ἀνάστατον.

ὅστις οὖν ὁρῶν τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας
ἐνηνοχότας τὰς συμφορὰς ὡς οὐδένες.
καὶ μηδ' ἐπικουρῆσαι δύνωνται τοῖς κακοῖς.

Haec pauca ex larga undecunque affluente copia; satis enim iam lusimus, neque aliud volui nisi apud Isocratem versus nos invenire facillimum esse, quamvis non omnes auctori, sed librariis quosdam imputem; antea enim plures legebantur senarii nunc codice Γ. iugulati v. c. in Busirid. §. 46. vulgo

πῶς ἂν διατεθείης; ἐγὼ μὲν οἶδ' ὅτι

ubi codex ille praestantissimus: ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι. et in Archidami §. 6.

εἴ τις δύναται περὶ τῶν παρόντων πραγμάτων.

idem liber: εἴ τίς τι et sic plura.

Isocratem perpetuum dicendi magistrum e cuius schola, ut Ciceronis utar verbis, velut ex equo Troiano discipuli sunt egressi, libros scripsisse de arte rhetorica in quibus λέξις maxime commendaretur et exornaretur, iam a priori quod dicunt, exspectes, quod item confirmatum videmus. Quintilianus quidem II. 16. pag. 178. leviter dubitat: *si tamen re vera ars quae circumfertur eius est.* cui sive Quintiliani sive aliunde sumpto iudicio cum doctissimi critici Aristoteles, Longinus, Dionysius, Hermogenes eosdem genuinos agnoscant indeque sua argumenta ducant, non multum vel nihil potius tribuo. Omnino tales obviae dubitationes quamvis saepe gravissimae, interdum nullius esse pretii inveniuntur; in primis viri quoque qui addubitat auctoritas, si rem ipsam diiudicare non possumus, in censum venit. Sic apud Quintilianum et Ciceronem Demadem oratorem nihil scriptum reliquisse legimus; at superest vel nobis haud incertum eius fragmentum; item paraenesin Harpocrationis auctoritate iuniori affingunt Isocrati [89]) cum nostri tamen ingenio ovo similior sit et in ea quae nostro apta, inepta iuniori sunt legantur. Adde eundem

89) Vid. Muretus Var. Lect. I. 1. Ruhnkenius histor. Critic. pag. CI. et conf. Schottus ad Dionysii Artem Rhetor. pag. 52.

Quintilianum III. 1. pag. 215. de Isocrate et Aristotele loquentem severe dicere;

> *ars est utriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est.*

et haud scio an illa dubitatio ex his Ciceronis verbis male intellectis fluxerit, Rhetoric. II. 2.:

> *Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles magnus et nobilis rhetor Isocrates, cuius ipsius quam constet esse artem, non invenimus; discipulorum autem atque eorum qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte praecepta invenimus.*

qui locus et aliis fraudi fuit [90]); nec quae apud Photium pag. 486. Bkk. leguntur, illorum librorum auctoritatem infirmant:

> *γεγραφέναι δὲ αὐτὸν καὶ τέχνην ῥητορικὴν λέγουσιν ἣν καὶ ἡμεῖς ἴσμεν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιγραφομένην τῷ ὀνόματι, οἱ δὲ συνασκήσει μᾶλλον ἢ τέχνῃ χρήσασθαι κατὰ τοὺς λόγους τὸν ἄνδρα φασί.*

Aristoteles apud Ciceronem in Bruto cap. 12. de hoc rhetoris nostri libro tradit:

> *Similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, scribere autem aliis solitum orationes quibus in iudiciis uterentur; sed quum ex eo quia quasi committeret contra legem quo quis iudicio circumveniretur, saepe in iudicium vocaretur, orationes aliis destitisse scribere, totumque se ad artes componendas transtulisse.*

Finem rhetorices nobis servavit Quintilianus III. 16. pag. 178.:

> *haec opinio originem ab ISOCRATE, si tamen re vera ars quae circumfertur eius est, duxit; qui cum longe sit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit dicens esse rhetoricen persuadendi opificem id est πειθοῦς δημιουργόν.*

quam opinionem Isocratem non primum, sed priores iam attulisse sophistas et rhetores Coracem atque Tisiam, supra

---

90) Manso pag. 28.: *Was Cicero in der Stelle ad Attic. II. als ausgemacht annimmt, die Aechtheit der Rhetorik des Isocrates, scheint er nach einer andern Rhetor. II. 2. unentschieden zu lassen.*

demonstravimus; ex ipsa arte sumpta videntur quae Hermogenes pag. 136. Ald. eiusque scholiasta pag. 381. referunt:

> *καὶ γὰρ ἸΣΟΚΡΑΤΗΣ ἔργον ἔφασκεν εἶναι ῥητορικῆς τὰ μὲν σμικρὰ μεγάλως εἰπεῖν, τὰ δὲ μεγάλα σμικρῶς καὶ τὰ μὲν καινὰ παλαιῶς, τὰ δὲ παλαιὰ καινῶς.*

non ex noto Panegyrici loco, ubi conf. Spohnius [91]). Illa autem definitio Isocratis ingenio non indigna est, etiamsi non primus dedit, et apprime convenit iis quae leguntur in oratione *Νικοκλῆς* §. 6. seqq.

Priores theoretici ut ex Platone docuimus et Aristotele multas in partes orationem distribuebant; inde ab Isocrate quod rerum naturae maxime congruum, in quatuor disposita membra, omnibus fere qui postea secuti sunt probata et hunc intellexisse puto Ciceronem de Oratore II. 19. Prooemion nempe sequatur *διήγησις*, cui *πίστεις*, orationes et argumenta, subiungendae; epilogus denique orationem concludat. Hanc memoratu dignam observationem Dionysii debemus Halicarnassensis diligentiae qui Lysiae orationes ad rhetorum leges et praecepta percensens haec dicit pag. 193: :

> *ἵνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν ἐγγένηταί μοι τὰ προςήκοντα εἰπεῖν, ἐάσω ταῦτα, περὶ δὲ προοιμίου καὶ διηγήσεων καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τοῦ λόγου διαλέξομαι καὶ δηλώσω ποῖός ἐστιν ἐν ἑκάστῃ τῶν ἰδεῶν ὁ ἀνήρ· διαιρήσομαι δὲ αὐτὰς ὡς ἸΣΟΚΡΑΤΕΙ τε καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα κοσμουμένοις* [92]) *ἤρεσεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν προοιμίων.*

---

91) Non me latent quae apud Pseudo-Plutarch. vit. Isocr. pag. 365. Wytt. de sententia vide Fabr. ad Sext. Empir. pag. 301. Spaldingius ad Quintiliani locum quae habet ad auctoritatem Isocratis rhetorices infirmandam nullius sunt pretii et melius omittenda.

92) Haec quid sit quod Troilus tradat, Bibl. Coisl. pag. 594. optime nos docent; *καὶ ὁ μὲν ὅρος τῆς ῥητορικῆς οὗτος· ἔργα δὲ αὐτῆς κατὰ τὸν ΘΕΟΔΕΚΤΗΝ προοιμιάσασθαι πρὸς ἔννοιαν* [id est *εὔνοιαν*], *διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν, ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν*, quae Isocrates scilicet invenit, immutata probavit Theodectes et sic alii huic auctori tribuerunt.

iam insertis praeceptis singula Lysiae pertractat, e quibus cum plurima quae appareant ipsius videantur Isocratis non possumus quin quae ibi exstent leges delibemus etiamsi fortasse quaedam Dionysii vel aliorum sint; et de prooemio haec ibi leguntur:

> *οὐ γὰρ τὸ πρῶτον ῥηθὲν, ἀλλ᾽ ὃ τοῦ προτεθέντος λόγου μηδαμοῦ μᾶλλον ἢ ἐπ᾽ αὐτοῦ ὠφελήσειε, τοῦτο ἀρχή τε καὶ προοίμιον. ὁρῶ δὲ τὸν ῥήτορα πᾶσι κεχρημένον οἷς τέχναι τε παραγγέλλουσι καὶ τὰ πράγματα βούλεται, τοτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπαίνου λέγων αὐτὸς ἄρχεται, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου· εἰ δὲ τύχοι αὐτὸς προδιαβληθεὶς τὰς αἰτίας πρῶτον ἀπολύεται τὰς καθ᾽ ἑαυτοῦ. τοτὲ δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπαινῶν καὶ θεραπεύων οἰκείους ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πράγματι καθίστησι . . . ταῦτα δὲ συντόμως καὶ ἀφελῶς διανοίαις τε χρησταῖς καὶ γνώμαις εὐκαίροις καὶ ἐνθυμήμασι μετρίοις περιλαβὼν ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἐπείγεται δι᾽ ἧς τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἀποδείξεσι λέγεσθαι προειπὼν καὶ τὸν ἀκροατὴν κατασκευάσας εὐμαθῆ πρὸς τὸν μέλλοντα λόγον ἐπὶ τὴν διήγησιν καθίσταται.*

et pag. 200.

> *τοῦτο τὸ προοίμιον ἁπάσας ἔχει τὰς ἀρετὰς ὅσας δεῖ τὸ προοίμιον ἔχειν. δηλώσουσι δὲ οἱ κανόνες αὐτῷ παρατεθέντες οἱ τῶν τεχνῶν. ἅπαντες γὰρ δήπου παραγγέλλουσιν οἱ συνταξάμενοι τὰς τέχνας ὅταν ᾖ πρὸς οἰκείους ὁ ἀγὼν σκοπεῖν ὅπως μὴ πονηροὶ μηδὲ φιλοπράγμονες οἱ κατήγοροι φανήσωνται· κελεύουσί τε πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν εἰς ἀντιδίκους περιϊστάναι καὶ τοῦ ἐγκλήματος καὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ λέγειν ὅτι μεγάλα ἀδικήματα καὶ οὐκ ἐνῆν αὐτὰ μετρίως ἐνεγκεῖν καὶ ὅτι ὑπὲρ ἀναγκαιοτέρων προσώπων ὁ ἀγὼν καὶ ἐρήμων καὶ ἧττον ὑπεροφθῆναι ἀξίων οἷς μὴ βοηθοῦντες κακίους ἂν ἐφάνησαν. καὶ ὅτι προκαλούμενοι τοὺς ἀντιδίκους εἰς διαλλαγὰς καὶ φίλοις τὰ πράγματα ἐπιτρέποντες καὶ τὰ δυνατὰ ἐλλαττοῦσθαι ὑπομένοντες οὐδενὸς ἠδυνήθησαν τυχεῖν τῶν μετρίων. ταῦτα μὲν*

δὴ παραγγέλλουσι ποιεῖν οἱ τεχνογράφοι, ἵνα τὸ ἦθος τοῦ λέγοντος ἐπιεικέστερον εἶναι δόξῃ· δύναται δὲ αὐτοῖς εὔνοιαν τοῦτο ποιεῖν. καὶ ἔστι κράτιστον τῆς κατασκευῆς μέρος . . . καὶ μὴν εἴς γε τὸ εὐμαθεῖς τοὺς ἀκροατὰς ποιῆσαι κελεύουσι συστρέψαντας εἰπεῖν τὸ πρᾶγμα ἵνα μὴ ἀγνοῶσι τὴν ὑπόθεσιν οἱ δικασταὶ καὶ οἵαπερ ἂν ᾖ τὰ μέλλοντα λέγεσθαι, τοιοῦτο καὶ τὸ προοίμιον ὑποτίθεσθαι ἀπ' ἀρχῆς καὶ δεῖγμα τοῦ πράγματος ποιουμένους καὶ εὐθὺς ἀπ' ἐνθυμημάτων πειρᾶσθαι ἄρχεσθαι. ἔτι περὶ τῆς προσοχῆς ὧδέ πως τεχνολογοῦσιν ὅτι δεῖ τὸν προςεκτικοὺς μέλλοντα ποιεῖν τοὺς ἀκροατὰς καὶ λέγειν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα καὶ δεῖσθαι τῶν δικαστῶν ἀκοῦσαι. φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα πεποιηκὼς ὁ ΛΥΣΙΑΣ καὶ προςέτι τούτοις τὸ λεῖον τῆς ἑρμηνείας καὶ τὸ ἀφελὲς τῆς κατασκευῆς ὧν μάλιστα δεῖ τοῖς ὑπ' ἐκείνων προοιμιαζομένοις.

et haec quidem de prooemio: de narratione vero ex Isocratis maxime praeceptis pag. 196. quae sequuntur:

ἐν δὲ τῷ διηγεῖσθαι τὰ πράγματα ὅπερ οἶμαι μέρος πλείστης δεῖται φροντίδος καὶ φυλακῆς ἀναμφιβόλως ἡγοῦμαι κράτιστον αὐτὸν εἶναι πάντων ῥητόρων ὅρον τε καὶ κανόνα τῆς ἰδέας ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι. οἴομαί τε καὶ τὰς τέχνας τῶν λόγων ἐν οἷς εἴρηται περὶ διηγήσεως ἀξιολόγου οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν μᾶλλον ἢ τῶν ὑπὸ ΛΥΣΙΟΥ γραφεισῶν εἰληφέναι τὰ παραγγέλματα καὶ τὰς ἀφορμάς. καὶ γὰρ τὸ σύντομον μάλιστα αὗται ἔχουσιν αἱ διηγήσεις καὶ τὸ σαφές, ἡδεῖαί τέ εἰσιν ὡς οὐχ ἕτεραι καὶ πιθαναὶ καὶ τὴν πίστιν ἅμα λεληθότως συνεπιφέρουσιν ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι μήθ' ὅλην διήγησιν μηδεμίαν μήτε μέρος αὐτῆς ψεῦδες ἢ ἀπίθανον εὑρεθῆναι.

de argumentis et confirmatione paulo post pergit:

ἔν γε τῷ πιστοῦσθαι τὸν ἄνδρα τὰ πράγματα τοιοῦτός ἐστιν. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν καλουμένων

> ἐντέχνων πίστεων [93]), καὶ χωρὶς ὑπὲρ ἑκάστου μέρους διαλέξομαι· τριχῇ δὲ νενεμημένων τούτων εἴς τε τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πάθος καὶ τὸ ἦθος, τὰ μὲν ἐκ τοῦ πράγματος οὐδενὸς χεῖρον εὑρεῖν τε καὶ ἐξειπεῖν δύναται ΛΥΣΙΑΣ· καὶ γὰρ τοῦ εἰκότος ἀνὴρ δικαστὴς καὶ τοῦ παραδείγματος πῇ τε ὅμοιον εἶναι πέφυκε καὶ πῇ διαφέρον ἀκριβέστατος κριτής, τά τε σημεῖα διελεῖν τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασι καὶ εἰς τεκμηρίων δόξαν ἀγαγεῖν δυνατώτατος καὶ τὰς ἐκ τῶν ἠθῶν γε πίστεις ἀξιολόγως πάνυ κατασκευάζειν ἔμοιγε δοκεῖ . . . περὶ δὲ τὰ πάθη μαλακώτερός ἐστι καὶ οὔτε αὐξήσεις οὔτε δεινώσεις οὔτε οἴκτους οὐθ᾽ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια, νεανικῶς πάνυ καὶ ἐῤῥωμένως κατασκευάσαι δυνατός. οὐ δεῖ δὴ ταῦτα ἐπιζητεῖν παρὰ ΛΥΣΙΟΥ.

iam de epilogo haec pauca non tam praecepta quam Lysiae laudatio:

> κἂν τοῖς ἐπιλόγοις δὲ τὸ μὲν ἀνακεφαλαιωτικὸν τῶν ῥηθέντων μέρος μετρίως τὲ καὶ χαριέντως ἀπαριθμεῖ· τὸ δὲ παθητικὸν ἐκεῖνο ἐν ᾧ παράκλησίς τε καὶ ἔλεος καὶ δέησις καὶ τὰ τούτοις ἀδελφὰ ἔνεστιν τοῦ προςήκοντος ἐνδεεστέρως ἀποδίδωσι·

Illam orationis divisionem nostrum non casu intulisse, sed quibus motus argumentis eam fecerit rationes addidisse cum ceteri sint secuti certum est. Itaque quae Aristoteles Rhetor. III. 13. ad defendendum hunc morem suggerit, iam Isocratem in libris de arte attulisse et inde sumpta arbitror. Ille quoque hunc sequitur ordinem; quae enim *περὶ ἐρωτήσεως καὶ τῶν γελοίων* inculcat, veluti additamenta ad *πίστεις* referenda nec propria est orationis pars. Adde inprimis hoc,

---

93) *Ἔντεχνοι πίστεις* num ex Isocratis scriptis, an primus dixerit Aristoteles, nescio. Anaximeni certe sunt *πίστεις ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πραγμάτων*, iisque opponuntur *πίστεις ἐπίθετοι*, cui *ἔντεχνοι πίστεις* nomen ignotum fuisse videtur ut Aristoteles sane primus produxisse videatur; sed Dionysius non modo his orationem incipit, sed finit etiam, ut disputationem *περὶ ἀτέχνων πίστεων* excidisse fere censeam.

illas minores distributiones non in laudationes, sed solum in iudicia quadrare ideoque Isocratem neglexisse.

Narrationis praeceptum ex Isocratis haustum arte invenimus in Codice Monac. CXXIII. fol. 188., quem locum integrum describamus:

ἔστι δὲ προκατάστασις λόγος ἐν βραχεῖ τὰ ἐν τῇ καταστάσει μηνύων περιεχόμενα, ὡς δὲ ἈΨΙΝΗΣ *φησιν ἐν τῇ περὶ τῶν μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου τέχνῃ ἔφοδος πρὸς τὰς ἀποδείξεις οἷον ἐν τῷ κατὰ Μειδίου* [pag. 539. 20.] *βούλομαι δὲ ἕκαστον ἀπαρχῆς ὧν πέπονθα ἐπιδείξας καὶ περὶ τῶν πληγῶν εἰπὼν ἃς τὸ τελευταῖον προςέτεινέ μοι· ἓν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐφ' ᾧ τῶν πεπραγμένων οὐ δίκαιος ὢν ἀπολωλέναι φανήσεται· κατάστασις δέ ἐστι λόγος πρὸς τὸ τῶν πραγμάτων συμφέρον καθιστῶν τὴν διήγησιν, καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα προαναιρῶν ἐκ τῆς τῶν ἀκουόντων ἐννοίας· ἀλλ' εἰ μέρος ἐστὶ τῆς διηγήσεως ἡ κατάστασις καὶ ἀεὶ αὐτῇ σύνεστιν, ἀλλ' οὖν διαφέρει αὐτῆς ὅτι ἡ μὲν διήγησις ψιλὴν ἔκθεσιν ἔχει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ κατάστασις τῶν τε πρὸ τοῦ πράγματος ἔνια περιλαμβάνει καὶ τῶν μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ οὐ πάντως ὡς γέγονεν, ἀλλ' ὡς ἂν δοκῇ* [id est *δοκοῖ*] *συμφέρειν διηγεῖται τὰ μὲν ὅτι μάλιστα συστέλλουσα, τὰ δὲ πλατύνουσα, ἔνια δὲ καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἐξαίρουσα. καὶ γὰρ* ἸΣΟΚΡΑΤΗΣ *φησιν ἐν τῇ τέχνῃ ὡς ἐν τῇ διηγήσει λεκτέον τό τε πρᾶγμα καὶ τὰ πρὸ τοῦ πράγματος καὶ τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὰς διανοίας αἷς ἕκαστος τῶν ἀγωνιζομένων χρώμενος τόδε τὶ πέπραχε.*

haec scholiasta ineditus in Hermogenem; non dissimilia Sopatri nomine in editis pag. 297. Ald. leguntur:

ἰστέον δὲ ὅτι ἡ πραγματικὴ περὶ μελλόντων ποιουμένη τὴν ζήτησιν οὔτε προβολὴν οὔτε διήγησιν ἐπιδέχεται εἴπερ ἥτε προβολὴ καὶ ἡ διήγησις τῶν

γεγονότων

γεγονότων ἢ ὡς γεγονότων ἔκθεσιν περιέχουσα· ἀντὶ τούτων τὴν κατάστασιν ἕξει συνδεκτικὴν οὖσαν τῶν τε προιμίων καὶ τῶν ἀγώνων. τρόποι δὲ καταστάσεως εἰσὶ δέκα ὡς ᾿ΑΨΙΝΗΣ ἐν τῇ περὶ τῶν μέρων τοῦ λόγου τέχνῃ φησιν. [pag. 690. Ald.] οὓς χρὴ διασκεψαμένους ἀκριβῶς κατ᾽ ἐκείνους ποιεῖσθαι τὰς καταστάσεις· μάλιστα δὲ τῶν παρ᾽ ᾿ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ εὖ ἐχόντων εἰρημένων ἐν τῇ τέχνῃ μνημονευτέον ὡς σκοπητέον ἐν τῇ καταστάσει τό τε πρᾶγμα καὶ τὰ τοῦ πράγματος καὶ τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὰς διανοίας αἷς ἑκάτερος τῶν ἀγωνιζομένων τόδε τὶ πέπραχεν ἢ μέλλει πράττειν καὶ τούτων τοῖς συμβαλλουμένοις ἡμῖν χρηστέον.

Haec de orationis dispositione; de dictione cuius maximam habuit curam egregius extat locus ex libris de arte rhetorica hucusque ignotus quem nunc in lucem tradamus apud scholiastam Anonym. pag. 386. et Cod. Monac. VIII. fol. 464. b.

ἐκ τῆς ᾿ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ τέχνης διδασκόμεθα ποῖαι τῶν λέξεων λέγονται καθαραί· τοσοῦτον γὰρ πεφρόντικε τῆς καθαρότητος τῶν λέξεων ὁ ἀνὴρ ὡς καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ τοιάδε παραγγέλλειν περὶ τῆς λέξεως [94]):

δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συνεμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε· μὴ δὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς [95]) οἷον ΕἸΠΟΥΣΑ ΣΑΦΗ, ῾ΗΛΙΚΑ ΚΑΛΑ, ᾿ΕΝΘΑ ΘΑΛΗΣ [96]) καὶ

---

[94]) Codex VIII. περὶ λέξεως; Aldus παραγγέλλει; infinitivum servat et Cod. Monac. CCCXXVII.

[95]) Codex VIII. ἐξ αὐτῆς συλλαβῆς et in marg. ἐκ τῆς αὐτῆς; quae sequuntur ex marg. Cod. VIII. qui in textu; οἷον εἰποῦσα; Aldus et alter codex omittunt οἷον; paulo infra Aldus συνδέσμους αὐτούς.

[96]) Sunt tamen etiam in Isocratis orationibus quae hanc regulam non ubique sequantur usu solemni loquendi occupante v. c. de pace §. 134. δεύτερον δ᾽ ἢν ἐθελήσωμεν χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως ὥσπερ τοῖς φίλοις. ubi codex Γ. casu ut puto ὁμοίωςπερ. Particula περ vocibus οἷος, ὅσος aliis tam ex usu veterum

τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι[97]· ὀνόματι δὲ χρῆσθαι ἢ μεταφορᾷ ἢ τῷ καλλίστῳ ἢ τῷ ἥκιστα πεποιημένῳ ἢ τῷ γνωριμωτάτῳ·· ὅλος δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος ἔστω· ξηρὸν γάρ· μὴ δὲ ἔμμετρος· καταφανὲς γάρ· ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ μάλιστα· διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως[98]) καὶ μὴ πρὶν ἀποτελέσαι τὸ πρῶτον ἐπ' ἄλλο ἰέναι, εἶτα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἐπανιέναι ἀπὸ τοῦ τέλους[99]).

---

et inprimis Isocratis adhaeret, [conf. Buttmann ad Midian. pag. 100.] ut sine mora corrigerem in Panathen. pag. 389. Lang. §. 11. pag. 262. Bkk. ὥσπερ περὶ μειζόνων καὶ καλλιόνων ἢ κεῖναι τοὺς λόγους ἐποιούμην; vulgo enim deerat περ, nunc Codice Γ. restitutum.

97) Idem praeceptum apud Aristotelem Rhet. III. 5. pag. 173. et accurate observat Isocrates: contrarium docet Demetrius non valde accurate reddendas esse coniunctiones §. 53. et hoc fecit Demosthenes ut ex optimo Bekkeri libro Σ docemur; saepissime enim sequente δὲ desideratur μὲν et si locos recte examinaris auctorem id imprimis ad vim orationis augendam fecisse invenies. v. c. in Philipp. II. §. 11. πράξαντες ταῦθ' ἃ πάντες ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' οὐδεὶς εἰπεῖν δεδύνηται; ubi ceteri omnes πάντες μὲν conf. περὶ τῶν ἐν Χερσ. §. 34. 67. [53. Cod. Y.] in Philipp. III. §. 2. 19. 33. περὶ συμμοριῶν §. 13. in Leptinem §. 80. in Androt. §. 69. in Aristocrat. §. 82. 87. in quibus locis et praeter hos in aliis multis sibi constans est optimus ille et vetustissimus Parisiensis.

98) Huc pertinent quae Theon sophista tradit in progymnasmatis pag. 18; διήγησιν δὲ διηγήσει συμπλέκειν ἐστὶν ὅταν δύο διηγήσεις ἢ καὶ πλείους ἅμα διηγεῖσθαι ἐπιχειρῶμεν. τοῦτο δὲ μάλα ἐπετήδευσαν οἱ ἀπὸ ἸΣΟΚΡΑΤΟΥΣ καὶ αὐτὸς ὁ ἸΣΟΚΡΑΤΗΣ ἐν τῷ Πανηγυρικῷ οὕτως: ἦλθον Ἡρακλέους παῖδες καὶ μικροῦ [μικρὸν] πρὸ τούτων Ἄδραστος ὁ Ταλάου, βασιλεὺς ὢν Ἄργους· οὗτος μὲν κ. τ. λ. Panegyr. cap. 15. Paulo supra scriptum ὅλως in codice VIII.; alter codex cum Aldo ὅλος δὲ ὁ λόγος.

99) Εἶτα omittit Codex VIII. Huc referenda quae idem scholiasta

Quae si alte memoriae mandamus iisque ad veram restituendam oratoris manum utimur, certissima ratione multorum locorum lectionem recte disceptare valemus. Non dissimilia Dionysii verba pag. 538.:

> *τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἠχῶν καὶ τὴν λειότητα φθόγγων λυμαινομένας παραιτεῖται· περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα πειρᾶται ῥυθμοειδεῖ πάνυ καὶ οὐ πολὺ ἀπέχοντι τοῦ ποιητικοῦ μέτρου.*

Hos libros ni fallor intelligit Menander rhetor pag. 597. Ald.:

> *τῷ ʼΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ θεωρήματι χρησόμεθα καί τὸ κάλλος καὶ τὴν σεμνότητα καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων μᾶλλον ἢ τῆς ἀρχαιότητος καὶ τοῦ μεγέθους θεωρώμεθα ἀπὸ τῆς ἁρμονίας καὶ τῶν σχημάτων ἐπεί γε αὐτὸ τοῦτο ὃ πάντες θρυλλοῦσι: Δημήτερος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ʼΙώνων καὶ τὰ ἑξῆς* [200]).

aperte vero respicit *ἐν τέχνῃ ῥητορικῇ* Longinus, vulgo Apsines pag. 713:

> *πεφύλαξον δὲ τοῖς λίαν ἀρχαίοις καὶ ξένοις τῶν ὀνομάτων καταμιαίνειν τὸ σῶμα τῆς λέξεως καὶ τὴν ἀφὴν τῆς παρασκευῆς. οὐκ ἀχρεῖον δὲ οὐδὲ τῶν ʼΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ παραγγελμάτων ἐντρέπεσθαι τραχύνειν τὸν λόγον τῇ παραθέσει καὶ συμπλοκῇ τῶν*

---

pag. 387.: *καὶ Διονύσιος δέ φησιν ἀποχρῆ τὴν πολιτικὴν λέξιν εὔρυθμον εἶναι καὶ ἔμμετρον* [Victor. *εὔμετρον*], *οὕτω γὰρ* [add. *ἂν*] *εἴη ποιητικὴ μὲν οὐ μὴν ποίημα καὶ ἐμμελὴς μέν, οὐ μέλος δέ. τὰ ὅμοια δὲ λέγει καὶ ʼΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ὡς μικρῷ ἔμπροσθεν γέγραπται.* conf. idem schol. pag. 378. Illa Dionysii exstant *περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων συνθέσεως* pag. 382. Schaefer cap. 25.

200) Panegyric. cap. 6. §. 28. unde Corayi emendatio, vulgo enim *ἀφικνουμένης*, firmatur; *ἰώνων* quod falsum est, mutandum in *ἡμῶν* ut Isocratis habent libri; Bekkeri codices pronomine destituti videntur.

καλουμένων φωνηέντων ἃ τὴν ἀκρόασιν οὐκ ἀνέχεται καὶ τὸν λόγον οὐχ   συνυφαίνειν [1]) *ἔοικεν οὐ τελείως τε καὶ ἀπταίστως εἰς τὴν ἀκοὴν παρίησιν, ἀλλ᾽ ἐπιλαμβάνεται τοῦ πνεύματος καὶ ἐπίσχει τὸ πνεῦμα τῆς φωνῆς.*

aliud exstat apud Quintilianum III. 4. pag. 228. :

> *ISOCRATES in omni genere inesse laudem ac vituperationem existimavit. Nobis et tutissimum est auctores plures sequi et ita videtur ratio dictare.*

hos libros de arte intelligit etiam Dionysius Halic. pag. 722.

Exemplum quod mirum verborum concinnitatis ostendat studium cum aliam quoque solvat difficultatem, hic non praetermittendum duco. Isocratem in oratione *περὶ ἀντιδόσεως* ex aliis pulcherrima et optima exhibuisse, atque locos ad quos revocaret denuo edidisse constat [2]). Bekkerus quidem praecedente optimo codice Urbinate *Γ.* haec non repetit, sed quot ex quaque sint laudata nudis verbis: *μεχρὶ τοῦ* . . . lectorem monet. Hoc librariorum incuria ad finem festinantium natum fuisse mihi certissimum et fortasse inde quod alii iam animadverterunt, ut dimidia fere orationis pars excidisset factum est. Multi vero codices et quidem melioris notae omnia illa denuo praestant nec nisi ex ipsius fluxissent Isocratis archetypo haec ut operam sibi augerent a librariis repetita puto. Accedit magna lectionis varietas sive mutatis sive transpositis vocabulis quae omnia si ex amanuensium orta censemus torpore, haud scio an nimium his tribuamus. Ego

---

[1]) Lacunam supplet Victorius addens *ὁμοίως*, Weiskius pag. 198. *ἱκνουμένως*, mihi *ἁπλῶς* vel potius *ἡδέως* quod aptissimum est verbum, excidisse videtur.

[2]) Basilius iunior in comm. Mssc. fol. 3. in orat. theologi *εἰς ἅγιον πάσχα* haec: *περὶ μὲν τῆς τῶν ῥητῶν ἐξηγήσεως καὶ τῶν ἐννοιῶν εἴρηται ὡς οἷόντε ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια λόγῳ καὶ ἐκεῖ ζήτει. ἸΣΟΚΡΑΤΙΚΟΝ δὲ τοῦτο* [add. *τὸ*] *τοῖς αὐτοῖς κεχρῆσθαι καθομολογεῖν οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδώσεως πεποίηκε· περὶ γὰρ τῶν ἄριστα γεγραμμένων ζητεῖν αὖθις φησι καινὰ ἀπαγγέλλειν ἐπίδειξις ἄκαιρος* [*εὔκαιρος*], *ἀλλ᾽ οὐδὲν χρήσιμον πραγματευόμενος· οὐδὲ γὰρ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἡ παροιμία φησὶ τὰ καλά.*

hic *τὰς δευτέρας φροντίδας* re vera mihi deprehendisse videor quas in cassum docti in quibusdam tragicorum fabulis expiscati sunt. Accurate namque si omnia excusseris, maximam diversitatis partem euphoniae et numerorum causa illatam invenies et Isocratem qui orationi cuique decem aut viginti annos impendere vix posset in excerpendis priorum locis non inscius alia aliter collocasse, est quoddam verbum commutasse qui eius in his rebus curam induxerit non improbabile erit [3]).

Isocratem cum ut alibi monuimus vulgarem suae aetatis morem quo non nisi iudiciale genus in libris de arte rhetorica ceteris neglectis tractaretur, valde improbasset ipseque ab iudicio abhorreret: in praeceptis tradendis illud minus attigisse, maximam vero laudationi et quae gravissima huius pars est, dictioni vel elocutioni operam dedisse certa fere affirmare possumus coniectura nec Aristotelis locus I. 1, pag. 3; *περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες τεχνολογοῦσι* nobis contrarius est. Omnino et alia qui ibi traderentur probabile invenire valemus opinione. Eum enim in his libris ad docendi et scribendi rationem quae pertinerent, quae *ὡς ἐν παρόδῳ* in orationibus tetigisset, fusius dedisse et explicuisse nemo infitias ibit; inde quae aliorum castigat menda et errores ipsum cavisse sequitur, et quae alios nescire sese tenere gloriaretur occasio si data erat, latius exposuisse qui huius ingenium viri cognitum habeant facile fateantur, sic quae in oratione contra sophistas leguntur §. 9. seqq.:

> *οὐ μόνον δὲ τούτοις ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις ἄξιον ἐπιτιμῆσαι . . . ἡγοῦνται δὲ τοῦτ᾽ εἶναι τὴν τέχνην ἣν ὡς πλείστους τῇ μικρότητι τοῦ μισθοῦ καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται· οὕτω δ᾽ ἀναισθήτως αὐτοί τε διάκεινται καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ὑπειλή-*

---

3) Tale quid etiam Moro quamvis dubitanti ad Paneg. pag. 37. Spohn. suboluit ut quae ad aures melius cadere viderentur ab ipso auctore mutata diceret, v. c. pag. 40. *τὴν δὲ πόλιν ἡμῶν ἀξιῶν* et in Antidosi *τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν ἀξιῶν* et plurima alia.

φασιν ὥστε χεῖρον γράφοντες τοὺς λόγους ἢ τῶν ἰδιωτῶν τινὲς αὐτοσχεδιάζουσιν, ὅμως ὑπισχνοῦνται τοιούτους ῥήτορας τοὺς συνόντας ποιεῖν ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν... τοὺς μὲν λόγους οὐχ οἷόν τε καλῶς ἔχειν ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρεπόντως καὶ τοῦ καινῶς ἔχειν μετέσχωσιν.

et §. 16.

φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν μὲν ἰδεῶν ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν καὶ συντίθεμεν, λαβεῖν τὴν ἐπιστήμην οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλεπῶν ἤν τις αὑτὸν παραδιδῷ [4]) μὴ τοῖς ῥαδίως ὑπισχνουμένοις ἀλλὰ τοῖς εἰδόσι τι περὶ αὐτῶν· τὸ δὲ τούτων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἃς δεῖ προελέσθαι καὶ μίξαι πρὸς ἀλλήλας καὶ τάξαι κατὰ τρόπον, ἔτι δὲ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικῖλαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, ταῦτα δὲ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι καὶ ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς ἔργον εἶναι καὶ δεῖν τὸν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν οἵαν χρὴ τὰ μὲν εἴδη τὰ τῶν λόγων μαθεῖν. περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι, τὸν δὲ διδάσκαλον τὰ μὲν οὕτως ἀκριβῶς οἷόν τ᾽ εἶναι διελθεῖν ὥστε μηδὲν τῶν διδακτῶν παραλιπεῖν, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν κ. τ. λ.

quem locum in arte non praetermissum fuisse certo certius, nec potuit ibi τὰ τῶν λόγων εἴδη omittere. Alios impetus in sophistas fecisse videtur et tota fere oratio non inepte praefationis locum cuius postremis verbis sua iam adiungeret praecepta, tenere possit. Ibi in eos quoque auctorem declamasse puto qui ingenii exercendi et ostentandi causa futilia quaeque laudarent et in eos qui ἐριστικοὶ [5]) causam in utram-

---

[4]) Hunc locum quod etiam Bekkero notatum est, laudat scholiasta Anonymus in Hermog. pag. 379., ubi legitur αὐτὸν παραδῷ.

[5]) Pseudo-Plut. de Isocrate pag. 359. Wytt. χωρίσας πρῶτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους τῶν πολιτικῶν περὶ οὓς ἐσπούδαζε, quae ipse frequenter in orationibus iactat.

que oratione examinarent partem cuius generis exempla supra vidimus. Nihil enim magis ab Isocratis animo alienum est, quam inutilia sectari; neque priores artium scriptores invituperatos praeteriisse credo quos in eadem oratione in sophistas vehementer castigat.

Valde memorandum quod Cicero in epistola ad Lentulum I. 10. pag. 47. Lag. tradit:

> *scripsi etiam, nam ab orationibus deiungo me fere referoque ad mansuetiores Musas quae me maxime sicut iam a prima adolescentia, delectant, scripsi igitur Aristoteleo more quem ad modum quidem volui, tres libros DE ORATORE, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutilis; abhorrent enim a communibus praeceptis et omnem antiquorum et ARISTOTELEAM et ISOCRATEAM rationem oratoriam complectuntur.*

Iam si quis quae ex Aristotele nota ibi inveniuntur praecepta discreverit, reliqua fere omnia Isocratis esse auguretur; in quo vereor ne multum fallatur! Haud pauca enim etiam apud Aristotelem quae Isocrates occupavit; plurima vero Cicero ex suae aetatis graecorum rhetorum scriptis libris qui de oratore tractant inspersit; quaedam ipse indicavit ut quae III. 28. seqq. *περὶ στάσεων* disquiruntur. Nos vero in altera huius commentationis parte qua Ciceronis de arte merita notantur ubi quae de suo, quae aliunde et ex quibusnam dedisse videatur examinabimus, plura de hac re exponamus.

Haec vero Isocratis ars totaque huius doctrina quantum Aristotelis tulerit assensum, versus quo frequenter usus esse dicitur docet:

αἰσχρὸν σιωπᾷν· Ἰσοκράτην δ᾽ ἐᾷν λέγειν. [6])

---

[6]) Vid. Quintil. III. 1. pag. 215; Sopater atque Syrianus ad Hermog. 120., rhetoricen utilem esse quatuor de causis; *τέταρτον τὸ πᾶσαν ἐν λόγοις ἔννοιαν ἥτις πρὸς ἅπασαν ἐπιστήμην χρήσιμος, ἐκ ταύτης ἡμῖν περιγίγνεσθαι ὅθεν καὶ ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ἐν ταῖς δειλιναῖς προσόδοις τῶν ἑταίρων ῥητορικὰ προβλήματα μελετᾷν αὐτοὺς κατηνάγκαζε δύο τέχνας φάσκων εἶναι τοῦ πείθειν ἐν λόγοις ῥητορικὴν καὶ διαλεκτικὴν, τὴν μὲν εἰποιάδην, διαλεκτικὴν δὲ ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ συνεχῶς ἐπεβόα*

αἰσχρὸν σιωπᾷν. Ἰσοκράτην δ᾽ ἐᾷν λέγειν.

ratio non obscura. Rei enim principia, *πίστεις*, etiamsi noster non neglexit, minus certe curavit, atque si Isocratis ars ceterorum praestabat libris, non ad Aristotelis tamen mentem elaborata erat. Itaque quae Plato iam attigit, ex philosophiae ratione illa praecipue enodare conatus est; inde duo libri integri in his explicandis ante non saepe audito more versantur, tertia operis pars quam qui praecesserant auctores varie et diverse excusserant, de elocutione et orationis dispositione.

Pergit Quintilianus III. 1. pag. 215: *Ars est utriusque sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est;* inde Harlesio ad Fabric. bibl. tom. II. pag. 790. paucis praeceptis uno libro artem praecepisse Isocrates videtur et propter maiorem Aristotelis auctoritatem fieri potuit ut Isocrateus libellus minus notus ex hominum memoria usuque excideret et tandem evanesceret. Verum enim vero si quid video hic Quintiliani sensum non assecutus est qui de tribus libris rhetoricis vix dicere potuit: *pluribus;* imo ni egregie fallor hoc vult Aristotelem non modo hos tres composuisse, sed alios quoque haud paucos de arte qui tractarent rhetorica veluti *τὰ Θεοδέκτεια, Γρύλλον, Σοφιστήν*, aliaque; Isocratem vero solam illam laudatam; itaque minime hanc nostri oratoris artem uno modo levipensi constitisse libro nec magni fuisse pretii sequitur.

Superiora illa Isocrate non familiarissime usum esse Aristotelem docent; eum interdum vel irrisisse, alius eiusdem ostendit Quintiliani locus IV. 2. pag. 326:

> *nunc quae sit narrandi ratio subiungam . . . eam plerique scriptores* [7]) *maxime qui sunt ab ISOCRATE volunt esse lucidam, brevem, verisimilem; nec enim refert an pro lucida perspicuam, pro verisimili proba-*

οἱ μὲν οὖν τῶν δειλινῶν ἀκροώμενοι συνόδων αἳ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἐγύμναζον λόγους, ἐξωτερικοὶ ἐκαλοῦντο, οἱ δὲ τῶν ἑωθινῶν περὶ φιλοσοφίαν λόγων ἀκροαματικοί. conf. interpp. ad Cicer. de Oratore III. 35.

7) Vid. Theon. progymn. cap. 4. Cicero Rhetoric. I. 20. et ubi Aristotelem sequitur de Orat. II. 80. seqq. auctor ad Herennium I. 9. in cuius arte omnino plurima quae ex Isocratis praeceptis originem duxerant latere videntur.

bilem credibilemve dicamus. Eadem nobis placet divisio quamquam et ARISTOTELES ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum brevitatis irridens tamquam necesse sit longam aut brevem esse expositionem nec liceat ire per medium;

qui nisi hic nobis succurreret Isocratem notari ignoraremus omnes. Aristotelis verba haec III. 16. pag. 204:

νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. καίτοι ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρωμένῳ πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξῃ [vulg. *μάξει*], *τί δ᾽ ἔφη, εὖ, ἀδύνατον;* [8]) *καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τῷ ταχὺ ἢ τῷ συντόμως, ἀλλὰ τῷ μετρίως· τοῦτο δέ ἐστι τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δὲ ἐναντίῳ τὰ ἐναντία.*

hic non praetermittam quam inutilis sit de Isocratis *τέχνης* veritate dubitatio; nam quae Quintilianus laudavit, in hac lecta fuisse constat; at invehitur in hoc praeceptum Aristoteles, tacite quidem, sed ita ut quibus auctoris libri ad manus essent, hunc notari, nisi harum rerum plane rudis erant nullus dubitare posset. Nonne igitur inepti et sibi ipsis contrarii sunt qui Isocratem scripsisse artem negent aut Menaechmos aspicere et iuniorem esse auctorem hariolentur.

Eadem narrationis praecepta supra ex Dionysio dedimus

---

[8]) Scholiasta: *ἐμάλασσε δὲ ζύμην καὶ ἠρώτησε πότερον δεῖ μάττειν τὴν ζύμην ἵνα ποιήσωμεν ταύτην σκληρὰν ἢ μαλακήν.* alii, veteres libri excusi: *ἐῤῥωμένως σκληρὰν δὲ μαλακῇ μάξει.* ex Victorii optimo codice R. quod linguae genius flagitavit, scripsimus *μάξῃ;* alius v. m. *πότερον* omittit, tertius *σκληρὰν καὶ μαλακὴν,* uterque futurum servans. Verba haud dubie ex comici cuiusdam fabula, quae tamen in fragmentis legere non memini; numeri fortasse ita restituendi:

σκληρὰν δὲ . . , ἢ μαλακὴν μάξω; τί δέ.
ἀδύνατον εὖ [μάττειν σε . . . .

qui quartum τὸ ἡδὺ addidit. At hoc Isocrati qui ubique id sectatur non fuisse neglectum certum est, neque soli narrationi, sed omni orationis parti convenit. Potuit Dionysius, cui maxima est χάρις in Lysia de suo addere; aliud vero adducam nusquam notatum et maximae notae. Exstant nempe cum longiore explicatione illa praecepta in Rhetorica ad Alexandrum quae dicitur. En integrum locum, ne ullum sit dubium cap. 30. pag. 119. Buhle:

> ὅταν δὲ αὐτοὶ δημηγοροῦντες τῶν παρεληλυθότων τι διεξίωμεν ἢ τὰ παρόντα δηλῶμεν ἢ τὰ μέλλοντα προλέγωμεν, δεῖ τούτων ἕκαστον ποιεῖν βραχέως καὶ σαφῶς καὶ μὴ ἀπίστως. σαφῶς μὲν ὅπως καταμάθωσι τὰ λεγόμενα πράγματα. συντόμως δὲ ἵνα μνημονεύσωσι τὰ ῥηθέντα· πιστῶς δὲ ὅπως μὴ πρὸ τοῦ ταῖς πίστεσι καὶ ταῖς δικαιολογίαις βεβαιῶσαι τὸν λόγον ἡμᾶς τὰς ἐξηγήσεις ἡμῶν οἱ ἀκούοντες ἀποδοκιμάσωσι. Σαφῶς μὲν οὖν δηλώσομεν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐὰν μὴ ὑπερβατῶς αὐτὰ δηλῶμεν, ἀλλὰ τὰ πρῶτα πραχθέντα ἢ πραττόμενα ἢ πραχθησόμενα πρῶτα λέγωμεν· τὰ δὲ λοιπὰ ἐφεξῆς τάττωμεν· καὶ ἐὰν μὴ προαπολιπόντες τὴν τάξιν, περὶ ἧς ἂν ἐγχειρήσωμεν λέγειν, δι' ἑτέρων ἐξαγγείλωμεν. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν πραγμάτων σαφῶς οὕτως ἐροῦμεν. ἀπὸ δὲ τῶν ὀνομάτων ἐὰν ὅτι μάλιστα τοῖς οἰκείοις τῶν πραγμάτων ὀνόμασι τὰς πράξεις προσαγορεύωμεν, καὶ ἐὰν τοῖς κοινοῖς καὶ μὴ ὑπερβατῶς αὐτὰ τιθῶμεν, ἀλλ' ἀεὶ τὰ ἐχόμενα ἑξῆς τάττωμεν. Συντόμως δὲ ἐὰν ἀπὸ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ὀνομάτων περιαιρῶμεν τὰ μὴ ἀναγκαῖα ῥηθῆναι, ταῦτα μόνα καταλείποντες ὧν ἀφαιρεθέντων ἀσαφὴς ἔσται ὁ λόγος· καὶ συντόμως μὲν τοῦτον τὸν τρόπον δηλώσομεν. Οὐκ ἀπίστως δὲ ἂν περὶ τὰς ἀπιθάνους πράξεις αἰτίας φέρωμεν παρ' ἃς εἰκότως τὰ λεγόμενα δόξει πραχθῆναι. ὅσα δ' ἂν λίαν ἄπιστα συμβαίνοι [id est συμβαίνῃ] δεῖ παραλείπειν. ἐὰν δὲ ἀναγκαῖον ῇ λέγειν, εἰδότα δεῖ φαίνεσθαι καὶ ἐπιπλέξαντα αὐτὰ τῷ τῆς παραλείψεως σχήματι ὑπερ-

βαλέσθαι καὶ προϊόντος τοῦ λόγου ἐπιδείξειν ἀληθὲς ὑπισχνεῖσθαι προφασισάμενον ὅτι τὰ προειρημένα πρῶτον βούλει ἀποδεῖξαι ἀληθῆ ὄντα ἢ δίκαια ἤ τι τῶν τοιούτων. καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον τὰς ἀπιστίας ἰασόμεθα. συλλήβδην δὲ τὰς ἀπαγγελίας καὶ τὰς δηλώσεις καὶ τὰς προῤῥήσεις ἐξ ἁπάντων τῶν εἰρημένων σαφεῖς καὶ βραχείας καὶ οὐκ ἀπίστους ποιήσομεν 9).

haec omnia plura quidem descripsimus quod non modo narrationis praeceptum, sed enodationem quoque quibus illud fiat rationibus ex Isocratis libro sumptam esse mihi persuasum est. Inde primum apparet, et hoc gravissimum est omnium argumentum 10), Aristotelem si auctor esset huius artis sese ipsum irrisurum esse et Victorii de Anaximene sententia haud parum firmatur. Quid si Aristoteles non Isocratem solum, qui primus hanc protulit legem, sed discipulos etiam, et Anaximenem intellexerit? quo cur multitudinis posuerit numerum egregie docemur. Praecedit quidem haud parva lacuna primis verbis, ut Victorius iam suspicatus est; locum enim qui in codicibus legitur et quem supra iam legere fuit libro primo, ab Aristotele non repetitum esse constat, sedulo fortasse cuipiam illam lacunam explere studenti affixum 11) Sed quidquid praecessit, Isocratis nomen non nuncupatum esse, dicendi

9) Conf. idem Anaximenes cap. 38. pag. 164. Similia prodit Anonymus apud Galeum pag. 194. Fisch: *ἀρεταὶ δὲ διηγήσεως τρεῖς, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης. Σαφήνεια μὲν οὖν λέγεται, ὅταν μήτε λέξεσι ξέναις χρώμεθα, μήτε διανοίαις, μήτε ὑπερβάτοις. Συντομία δὲ ὅταν αὐτὰ μόνον τὰ ἀναγκαῖα διεξίωμεν, μήτε πόῤῥω ἀρχόμενοι, μήτε ἐπὶ μακρότατα παυόμενοι. Πιθανότης δὲ ὅταν τὰ ἀληθῆ καὶ δυνάμενα πιστευθῆναι δηλῶμεν.*

10) Alia minora vide apud Spalding. ad Quintiliani tom. I. pag. 457, quibus plura addere possum quae Aristotelem auctorem non esse ostendant.

11) Mirum sane quod Aristotelis rhetoricae, idem Anaximenis arti accidisse; in huius enim etiam libro plura in superioribus iam maximam partem obvia ex iisque assuta calci vulgo adhaerent, quae auctoris finem non integrum suppleant. conf. Buhle pag. 181. seqq.

ostendit ratio qua usus est. Ergo ante Aristotelis rhetoricam illum exiisse librum haud inepte coniicias; vix enim si paulo post in lucem esset editus quin hoc sibi auctor cavisset aut contra Aristotelis locum aliquid monuisset fieri potuit.

Gorgiae discipulus Alcidamas homo bene eruditus inter alia multa artem scripsit rhetoricam ut Plutarchi docent verba ab aliis laudata vit. Domosth. cap. 5. pag. 699. Reisk.

> *Κτησιβίου μέμνηται Ἕρμιππος λέγοντος παρὰ Καλλίου τοῦ Συρακουσίου καί τινων ἄλλων τὰς* ἸΣΟΚΡΑΤΟΥΣ *τέχνας καὶ τὰς* ἈΛΚΙΔΑΜΑΝΤΟΣ *κρύφα λαβόντα Δημοσθένη καταμαθεῖν.*

quae quidem narratio utcunque est, utrumque et Isocratem et Alcidamantem libros de arte rhetorica composuisse docet quod et Dionysius Halic. pag. 723. testatur. Et Alcidamas Isocratem ni fallor aetate praecedens sermonem in quatuor divisit partes Diogeni IX, 53. et Suidae laudatas: *Ἀλκιδάμας δὲ τεττάρας λόγους φησὶ, φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσαγόρευσιν,* ad Protagorae fere rationem conformatas, de qua vide supra. Ex arte ipsa vero nusquam aliquid relatum legimus, sed finis quem rhetorices esse dixit exstat in Prolegomenis in Hermogenem ineditis Codicis Monacensis VIII. fol. 130. b. unde locum egregium in hanc nostram rem quantum opus est transferamus:

> *τῶν οὖν διαλαβόντων περὶ ῥητορικῆς οἱ μὲν ἀρετὴν ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ μείζονος καὶ ἐλάττονος ὁρισάμενοι, οἱ δὲ κακίαν ὁμοίως ἐκ τοῦ μείζονος καὶ ἐλάττονος τὸν ὅρον παραδόντες. οἱ μὲν γὰρ αὐτὴν ἐκάλεσαν ἐπιστήμην ἀπὸ τοῦ μείζονος ὁριζόμενοι ἐπιστήμην* [cod. *ἐπιστημῶ*] *τοῦ εὖ λέγειν· οἱ* ΣΤΩΙΚΟΙ, *τὸ δὲ εὖ λέγειν ἔλεγον τὸ ἀληθῆ λέγειν. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος ὡρίζοντο λέγοντες αὐτὴν διαλογικὴν εἶναι, ἡ δὲ διαλογικὴ οὕτως ὁρίζεται: δύναμις τοῦ ὄντος πιθανοῦ. τοῦτον δὲ τὸν ὅρον οἱ περὶ τὸν* ἈΛΚΙΔΑΜΑΝΤΑ *ἔλεγον. λέγομεν δὲ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος οὐχ ὅτι ἐλάττων τῆς ῥητορικῆς ὁ ὅρος ἀλλὰ τοῦ προλαβόντος ἐστὶν ἐλάττων λέγειν αὐτὴν*

ἐπιστήμην. οἱ δὲ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀρετὴν αὐτὴν λέγοντες οἱ μὲν πολιτικὴν, οἱ δὲ ὑποπολιτικὴν ἐκάλεσαν. καὶ πολιτικῆς μὲν ὅρος οὗτος: ἐπιστήμη τοῦ εὖ πράττειν τά τε ἴδια καὶ τὰ κοινά. διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν τὰ κοινὰ τὸ πολιτικὸν δηλοῦντες, διὰ δὲ τοῦ ἴδια τὸ ἠθικὸν καὶ οἰκονομικόν. ὑποπολιτικὴν δὲ ὁ λέγων αὐτὴν τὴν αὐτὴν μὲν εἶναι τῇ πολιτικῇ φασὶν, ὑποβεβηκέναι δέ. καὶ τὸν μὲν πολιτικὸν καὶ δυνάμενον ὠφελεῖν ζῶντα, τὸν δὲ ὑποπολιτικὸν τὸν γράμματα τῇ πόλει καταλιπόντα ὠφελεῖν δυνάμενα. τῶν δὲ εἰς κακίαν καὶ ἀρετὴν διαβαλλόντων οἱ μὲν λέγουσιν αὐτὴν σοφιστικὴν καὶ ὁρίζονται οὕτως: λόγων ἰσχὺς περὶ τοῦ [cod. τὸ] δοκοῦντος πιθανοῦ. τούτου δὲ τὴν πρόφασιν ΠΡΟΔΙΚΟΝ καὶ ἹΠΠΙΑΝ δεδωκέναι, ὁ δὲ ΠΛΑΤΩΝ κολακείαν αὐτὴν καλεῖ ὁριζόμενος πολιτικοῦ μορίου εἴδωλον τῆς δικαστικῆς, ἔτι δὲ καὶ τυραννίδος. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐμπειρίαν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τέχνης φασί.

quibus in verbis mirari subit quae Aristotelem primum dixisse omnes antea putavimus eadem fere iam ab Alcidamante occupata videre, sed philosophus ille suas sententias saepe non minus quam Plato priorum atque aequalium rationibus apfacit, quod idem in eius de arte rhetorica fine accidisse videtur.

Duae eius inscriptae nomini adhuc supersunt orationes quas qui rerum novarum sunt cupidi suamque ostendere gestiunt sagacitatem, spurias nobis persuadere studebunt; nos ab hoc pruritu satis alieni nullam dubitationis invenimus rationem; levia enim menda veluti οἷός τ' ἂν ᾖ nemo auctori imputabit; ἀληθείαις Atticis non insuetum; omnino ad elocutionem quod attinet, nihil est quod desideres. Imo longius proficiscemur, et quod nemini notatum trademus; alterius enim orationis argumentum κατὰ τῶν γραπτῶν λόγων valde memoratu dignum. Invehitur auctor cum vi quadam rationibus non destituta in demonstrativi generis morem sua aetate late evagatum quo omnes omnibus praestare vellent eosque

quidem si multum tribuatur tempus non malas componere orationes concedit, in loquendo vero stupidos fere esse et homines *ὀψιμαθεστάτους*. Inde quo tempore illa scribendi ratio acceptissima erat, haec prolata esse constat; id vero in primis Isocrati in hac re laudatissimo eiusque factum sectatoribus. Quid si tota oratio in hunc ipsum est scripta, hunc proscindit? Legas accurate nec inanem, sed veram esse opinionem invenies; vide v. c. quae pag. 676. leguntur:

> *δεινὸν δ᾽ ἐστὶ τὸν ἀντιποιούμενον φιλοσοφίας τῆς τοῦ λέγειν καὶ παιδεύσειν ἑτέρους ὑπισχνούμενον, ἂν μὲν ἔχῃ γραμματεῖον ἢ βιβλίον, δεικνύναι δύνασθαι τὴν αὑτοῦ σοφίαν, ἂν δὲ τούτων ἄμοιρος γένηται, μηδὲν τῶν ἀπαιδεύτων βελτίω καθεστάναι, καὶ χρόνου μὲν δοθέντος δύνασθαι λόγον ἐξενεγκεῖν, εὐθέως δὲ περὶ τοῦ προτεθέντος ἀφωνότερον εἶναι τῶν ἰδιωτῶν καὶ λόγων μὲν τέχνας ἐπαγγέλλεσθαι, τοῦ δὲ λέγειν μηδὲ μικρὰν δύναμιν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ φαίνεσθαι.*

his et sequentibus intimum concussit Isocratis, sed ut dixi perlegas orationem totam et ubique vel invito tibi Isocratis nomen animo inhaerebit. Iam si ostendi possit Alcidamantem huius non maximum fuisse amicum, eumque saepe vituperasse nec omnino magni fecisse, neminem hanc orationem umbratilem posterioris alicuius sophistae ex schola exiisse, sed re vera esse Alcidamantis censere puto. Et sane hoc traditum invenitur a Tzetze Chil. XI, 672. qui ipse plura Alcidamantis scripta legisse fatetur, dicente:

ὁ ῥήτωρ Ἀλκιδάμας τε τοῦτον [Isocratem] *ἐν ἄλλοις σύρει.*

Isocrates frequenter de inimicorum queritur copia quibus suae vitae ratio haud placebat eique invidebant, et vide ne e contrario illum quem mortis laudationem aliaque plura ad huius modum elaborata litteris mandasse docemur, in Helenes encomio §. 8. seqq. perstrinxerit. Quod si quis dixerit id genus controversias et lucubrationes declamandi causa fictas neque ullo modo ad veritatem accedentes linguam modo et voces discentium, non ingenium exercuisse veraeque

eloquentiae perniciem adduxisse, id velim ne obliviscatur, graecos illos praeceptores non rhetores solum, qui in his nugis si ita placet maioribus omissis iuvenes erudiebant, quales posteriori aetate et Graecos et Latinos legimus, sed omnes fere oratores in foro et iudiciis versatos esse, unde et paradoxa quo modo acute et festive explananda essent, docerent, nec non his levioribus graviora sanae rhetorices adiungerent. Horum e numero erat Alcidamantis *λόγος Μεσσηνιακὸς* ab Aristotele laudatus Rhetor. I. 13. pag. 67. seq.:

> *κοινὸν δὲ [νόμον] τὸν κατὰ φύσιν, ἔστι γάρ ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ μηδὲ συνθήκη οἷον καὶ ἡ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ Ἀντιγόνη φαίνεται λέγουσα ὅτι δίκαιον ἀπειρημένον θάψαι τὸν Πολυνείκη ὡς φύσει ὂν τοῦτο δίκαιον*
>
> *οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς ἀλλ᾽ ἀεί ποτε*
> *ζῇ τοῦτο κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.*
>
> *καὶ ὡς ἘΜΠΕΔΟΚΛΗΣ λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον· τοῦτο γὰρ οὐ τισὶ μὲν δίκαιον, τισὶ δὲ οὐ δίκαιον*
>
> *ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διά τ᾽ εὐρυμέδοντος*
> *αἰθέρος ἠνεκέως τέταται, διά τ᾽ ἀπλέτου αὐγῆς.*
>
> *καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ ἈΛΚΙΔΑΜΑΣ.*

at nihil hic sequitur ex Alcidamante; itaque eius locus excidit; nusquam enim ita Aristoteles verba negligens aliorum affert testimonium. Et Ruhnkenius in Hist. crit. Orator. pag. LXIV. corrigit *Λεωδάμας*, ut haec oratio habita sit contra Callistrati orationem *ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ* quam laudat Aristoteles Rhetor. III. 17. pag. 210. addens tamen: *sed non oportet nimis esse perspicacem.* Etenim vana est coniectura, ut graecus nos docet scholiasta qui integrum nobis servavit auctoris locum:

> *καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει μὴ δεῖν κτείνειν τὰ ἔμψυχα ἤτοι τὰ ζῶα. ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ λέγει ἈΛΚΙΔΑΜΑΣ ὑπὲρ Μεσσηνίων ἀποστατησάντων Λακε-*

δαιμονίων καὶ μὴ πειθομένων δουλεύειν μελετᾷ καὶ λέγει Ἀλκιδάμας: Ἐλευθέρους ἀφῆκε πάντας ὁ θεὸς[12]· οὐδένα δοῦλον ἡ φύσις πεποίηκεν·

quae ipsius Alcidamantis verba textui reddenda sunt. Eandem orationem infra laudat Aristoteles Rhetor. II. 23. pag. 141:

ἔστι δὲ εἷς μὲν τόπος τῶν δεικτικῶν ἐκ τῶν ἐναντίων . . . οἷον ὅτι τὸ σωφρονεῖν ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν βλαβερόν· ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ: Εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι.

